GEORGII ADAMI STRUVII

Hereditarii in Uhlstedt & Wenigen Jehna/ JCti,

JUS SACRUM JUSTINIANEUM,

Sive

PROGYMNASMATA

AD

TITULOS PRIORES
eorumque singulas Leges
Lib. I.

CODICIS.

JENÆ,
Impensis JOHANNIS BIELKI, Bibliopol.
Typis JOHANNIS NISI, ANNO
M.DC.LXVIII.

B. L. S. P.

ACcuratum Jurisprudentiæ ſtudium in ſolidâ principiorum & certorum fundamentorum cognitione,ac diligenti ipſarum legum evolutione, earundemq; prudenti ad uſum accommodatione potiſſimum conſiſtit. Principia illa ſæpius negliguntur, & plures absque helice in vaſto juris Oceano vagantur: Ipſæ quoque leges admodum raro inſpiciuntur, & plus hodie uni vel alteri interpreti,quam limpido clariſſimarum

legum fonti tribuitur. Unde non potest non incerta confusa ac variis opinionibus fluctuans oriri notitia.

Quandoquidem autem mei fuit officii, ut à deviis ad rectam semitam cupidam legum juventutem ducerem: ideo Syntagmatibus, quæ super jus civile atque feudale conscripsi, solida & certa juris principia inculcavi; ac ut studiosos exactiori legum contemplatione assuefacerem, non solum in prælectionibus ad Codicem publicis verba legum & sensum explicavi, sed etiam quomodo interpretes quæstiones & ca-

sûs in foro frequentius occurrentes inde decidant, subjeci.

Placuit ergo ejusmodi quæstiones ad singulas Codicis Justinianei leges breviter complecti, hunc præcipuè in finem, quò usus istarum legum manifestius patesceret, atque sententiæ Doctorum juxta fontem examinarentur: & casu obveniente quis ad legem ipsam, simulque annotatos interpretes recurrere possit. Interrupto verò, Deo ita singulariter præter omnes meas cogitationes disponente, pristino munere, interruptum quoque hoc est opus: nihilominus tamen priores Co-

dicis Titulos JUS SACRUM continentes edere ac præmittere lubuit, omnem impenſurus operam, ut horis ſubciſivis reliquos Titulos & leges univerſi Codicis eâdem methodo pertractem.

Præterea cùm in manus meas inciderit Commentarius â Profeſſore quodam, uti ex opuſculo ipſo apparet, in illuſtri Salanâ olim prælectus, quô iidem Codicis tituli priores luculenter explanantur, volui & iſtum huic tractationi ſubjungere. Vale & fave.

Dab. Vinariæ
ipſ. Calend. Martii.

Tuo

GEORGIO ADAMO STRUVIO.

I. N. D. N. J. C.

PROGYMNASMATA
Ad
Titulos Legesque Codicis Justinianei repetitæ prælectionis.

LIBER PRIMUS

Tit. I.

De Summâ Trinitate & Fide Catholicâ, & ut nemo de eâ publicè contendere audeat.

Ad L. I.

QR. An Princeps potestatem habeat injungendi religionem subditis, ac jubendi credendos articulos fidei? Aff per text. *Deuter. 17, 18. III. Reg. 18, 4. 23. 4. Esa. 49, 23.* per Constit. Gratian. Valentin. & Theodos in *h. l. pr. verb. populos in tali volumus religione versari, quam &c. it. verb. ut secundùm apostolicam disciplinam evangelicamq; doctrinam patris & filii & spiritus sancti unam deitatem sub pari majestate & sub piâ trinitate credamus. & §. 1. verb. jubemus.* nec non per Constit. Impp. Theodos. & Valentian. *l. 3. pr. h. t. verb. decere*

arbitramur nostrum imperium subditos nostros de religione monere.&c. Per Rec. Imp. Aug. de A. 1525. §. Und nach dem. *verb.* So soll eine jede Obrigkeit/ sie sey Geistlich oder Weltliches Standes/ ein fleißiges Auffmercken und ernstliches Einsehen haben/ daß in ihren Fürstenthumen/ Landen und Gebieten / das heilige Evangelium und Gottes Wort nach rechtem wahren Verstande / ohn ärgernüß/ zu Erhaltung GOttes Lob/Frieden und Einigkeit geprediget werde. Vid. Pacif. Osnabrug. *art. 5. num. 1. & num. 13.* Pertinet namque ad majestatis jura Θρησκεία περὶ τὸ θεῖον, sine quâ civitatem non posse consistere, & istam in hâc esse præcipuam, etiam Aristoteles monet *VII. Pol. 8.* ubi in paraphrasi addit Daniel Heinsius : *ubi enim periit religio, periit respublica.* Id quod Justinianus noster expendit, dicens, se nihilo minorem Ecclesiæ quàm quem vitæ suæ curam habere. *Novell. 3.* Ad *d. can. Princeps. q. 5. XXIII.* Atque hunc motum conservandi veram religioné *ex cælesti arbitrio* se sumere meritò asserunt Impp. *in d. l. 1. in fin.* Quod ipse agnoscit Augustin. Barbosa Protonotarius Apostolicus, ineptè verò addens *post translationem Constantini factum esse, ut non amplius potestas Imperatoris sit à Deo:* qs. Constantinus & Pontifex (si quid unquam translatum, quod tamen fide historicâ destituitur, *Lebm. Chron. Spir. l. 5. c. 68.*) præjudicare Divinæ institutioni, & successoribus in Imperio potuerint. Verba istius autoris sunt : *Et licet. Azor.* instit. moral. p. 2. lib. 10. cap. 2. quæst. 1. verb. alia verò jura, *existimaverit Imperatoris jurisdictionem & potestatem esse ac pendere proximè à Romano Pontifice & responderit ad jura in contrarium citata & alia similia, in quibus habetur imperium esse à Deo, intelligenda*

genda esse à Deo quidem, sed non proximè. Nibilominus tamen verius existimo imperialem dignitatem ante imperii translationem non à summo Pontifice, sed ab ipso Deo, mediante jure gentium institutam fuisse, post factam, ab eo institutam dici.

Ad eand. L. 1.

QR. An scriptura sacra suam autoritatem habeat ab Ecclesia? N. sed ab ipso Deo, *Joh. 5, 34. I. Thessal. 2, 13.* Dicunt quidem Impp. *in h. l. 1. eam religionem esse excolendam, quam D. Petrum Romanis tradidisse, & quam Damasum Pontificem, & Petrum Alexandriæ Episcopum sequi constat*: Ex quo loco Joh. Faber infert, *sufficere, si quis ita se credere dicat, uti credit Ecclesia Romana.* Verùm mala est illatio: Imperatores namque ibi non ad personam Petri & fidem humanam, sed Dei verbum & doctrinam voce Petri traditam remittunt: exemplo Christo *Matth. 16, 16.* Vid. Joh. Fulevius *Differt. Juridic. de sacr. script. cap. 5.* Est verò hæc potestas Principis circa religionem verbo divino adstricta, adeoque in judicando & statuendo de religione & Ecclesiasticis causis Theologorum consilio uti debet. *d. l. verb. quem divum Petrum Apostolum. & l. 7. h. t. it. sec. Apostolicam disciplinam, evangelicamq́ doctrinam. l. omni. 6. C. de Sacros. Eccles. verb. non absq́ scientiâ viri reverendissimi &c.* Recess. Imper. de An. 1555. §. So haben sich die Chur-Fürsten. circ. fin. verb. Darzu auch ein ieder mit seinen Gelehrten und Theologis sich mittlerweilen dermaßen verfassen/ &c.

Ad L. *Nullus.* 2.

QRr. An congregationes hæreticorum s. conventus ad celebranda sacra sua debeant in republ. permitti? Neg. etiamsi rescriptum hæretici per fraudem impetra-

verint. *b. l. 2.* ne sc. pateat occasio ad exercendam animi obstinationis dementiam. *d. l.*

Ad L. decere. 3.

QR: An Princeps subditos suos ad fidem & veram religionem amplectendam vi cogere possit debeatque? Neg. *arg. b. l. 3. verb. subditos commonefacere. it. verb. instituerimus. add. Esa. 11, 9. Luc. 9, 55.* Faciunt huc verba Jacobi Augusti Thuani *in Histor. super. sec. part. prim. epistol. nuncupator: Ad cætera, quibus hoc infestum virtuti seculum scatet, mala, religionis dissidium accessit, quod jam toto pœne seculo orbem Christianum continuis bellorum motibus vexat, & deinceps vexabit, nisi tempestiva remedia, atque adeo alia, quam quæ hactenus adhibita sunt, ab iis, quorum præcipue interest, adhibeantur, nam experientia satis edocti sumus, ferrum, flammas, exilia, proscriptiones, irritasse potius, quam sanasse morbum menti inhærentem: ad quem proinde curandum non iis, quæ in corpus tantum penetrant, sed doctrina & sedula institutione, quæ in animum leniter instillata descendit, opus esse: alia quippe omnia pro arbitrio civilis magistratus atque adeo principis sanciuntur, sola religio non imperatur, sed ex præcepta veritatis opinione accedente divini numinis gratia bene præparatis mentibus infunditur: ad eam cruciatus nihil valent, quin obfirmant potius animos quam frangunt aut persvadent, &c. Et certè, si verum amamus, in sacra antiquitatis vetustis omnibus monumentis nullum supplicii de sectariis sumpti ac præbuti exemplum exstare fateamur necesse est, ecclesiamque priscam à cruore fundendo semper abhorruisse, quod si quando accidit, id pii verè episcopi detestati sunt.*

Ad

Ad L. Nemo. 4.

QR. An liceat de religione disputare? Aff. Nam hâc constitutione *in b. l. (quâ excitatos ab Eutyche Constantinopolitano Abbate & Dioscoro Episcopo Alexandrino novos perversis opinionibus in Ecclesiâ motus, composuit Imp.)* eæ Disputationes prohibentur, quæ ad catholicam fidem subvertendam moventur, non quæ pro stabiliendâ religione instituuntur. Conf. Pacif. Osnabrug. *d. art. n. 17.* Add. Laur. Banck. *tract. de tyrannide Papæ. c. 8. vers. Cum verò Eutyches.*

Ad L. cum recta. 5. & L. cum Salvatorem. 6.

QR. An Princeps teneatur confessionem suæ fidei subditis suis edere? Non quidem præcisè tenetur, pium tamen Principem decet, exemplo confessionis suæ constantis, subditos, ut & ipsi in verâ fide perseverent, edocere. *b. l. 5. & 6.*

Ad eand. L. 5.

QR. An Princeps curare debeat, ut hæreses, quantum fieri potest, exstirpentur? Aff. *b. l. 5. in fin.* Conf. *Deut. 17. 13. 13, 5. Ps. 2, 10. Es. 49, 23.* Banck. *d. tr. c. 6.*

Ad L. cum velimus. 7. & seqq.

QR. 1. An Pontifex Romanus sit caput Ecclesiæ? Neg. Dicit quidem Justinianus in *b. l. 7.* Epiphanium Archiepiscopum urbis Constantinopolitanæ & Oecumenicum Patriarcham *esse caput omnium piissimorum Dei sacerdotum*, & *in l. 8.* Joannem *Archiepiscopum urbis Romæ esse caput omnium sanarum Ecclesiarum:* Verùm ipse Justinianus adhuc suam exercuit imperatoriam potestatem in Ec-

clesiasticis, uti ex hisce & aliis constitutionibus apparet. *Add. Banck. d. c. 6. pag. 115.*

Qr. 2. An, si quæ ingruant circa religionem dissensiones aut difficultates, Principi incumbat Concilium & Synodum conscribere, atque curare, ut controversiæ sopiantur? Aff. per text. *Deut. 17, 18. Psal. 2. 10. Roman. 13, 1.* Quam curam & potestatem etiam Impp. in priscâ Ecclesiâ Christianâ meritò observârunt. Nam prima concilia quatuor generalia (*quibus juxta canonistas tanta autoritas atque quatuor evangeliis c. canones. §. inter. dist. 15. c. sicut sancti. eod.*) ab ipsis Impp. congregata sunt, sc. Nicænum *An. 318.* indictum à Constantino Magno: *Socrat. lib. 1. c. 6. Sozomen. lib. 1. c. 16. Euseb. l. 3. de vit. Const. c. 6. add. l. 1. 4. 7. C. h. t.* Constantinopolitanum à Theodosio Magno Seniore. *An. 395. Niceph. l. 12. c. 10. Socrat. l. 5. c. 8.* Ephesinum à Theodosio Juniore *An. 414. Socrat. c. 7. l. 33. add. l. 3. C. h. l.* Chalcedonense à Martiano. *Ann. 507. add. l. 4. C. h. t.* Vid. latiùs Banck. *d. tr. c. 8.* Hug. Grot. *de imper. summ. pot. circ. sacr. c. 7. cum Schol. Dav. Blondell.*

Tit. II.

De sacrosanctis Ecclesiis & de rebus & privilegiis earum.

Ad L. 1.

QR. An Leges de Ecclesiasticis disponentes, sint ipso jure nullæ ob deficientem Pontificis autoritatem? Asserere hoc haud veretur Augustinus Barbosa *ad rubr. h. t. n. 2.* scribens: *Advertendum est leges sub hoc tit. & aliis Codicis contentas, de Ecclesiasticis disponentes, esse nullas ipso jure, emanârunt enim aliqua ab Imperatoribus in principio nascen-*

nascentis Ecclesiæ ante privilegia exemtionis ab eisdem imperatoribus concessa, & à Pontificibus confirmata, & ampliata, quo tempore hujusmodi clericorum bona Imperatori & Principibus secularibus subjacebant, quæ quidem Imperatoriæ sanctiones expressè vel specialiter de clericis, aut Ecclesiarum rebus & bonis aliquid constituentes, nullius sunt roboris & momenti, quia Imperator in Clericos & Ecclesias Jurisdictionem non habet, nam ad summum Pontificem spectat, de his quicquam statuere, ut constat ex cap. Ecclesia S. Mariæ de Const. Verum si hujusmodi leges Imperatoriæ Jure Canonico approbentur, vel confirmentur, vel recipiantur, tunc vim vel locum habent, non ut Imperatoriæ sunt, sed quatenus Jure Pontificio approbantur, vel recipiuntur. At verò acceptamus, quod *principio nascentis Ecclesiæ* personas & res Ecclesiasticas subjectas Imperatoribus fuisse, ipse fateatur: successu ergo temporis vafris artibus hanc insignem regiæ potestatis partem, Imperatoribus ab ipso Deo concessam, *Rom. 13, 1. 2.* iis auferre & detrahere conatos esse Pontifices, ipse agnoscat necesse est. Vid. Banck. *d. tr. c. 6. & c. 9.* Merito itaque ipsâ imperatoriâ summa autoritate leges hæ satis sunt firmatæ. Add. Fr. Balduin. *in L. Constant. M. it. in Justin. Novell.* Hugo Grotius *de imperio summarum potestatum circa sacra cum Schol. Dav. Blondell.*

Ad eand. L. 1.

QR. An juxta hanc legem testator sine omni solennitate ad pias causas aliquid relinquere possit? Affirm. Bart. *h.* Castr. *h. num. 7. arg. verbor. liber sit stylus.* Rectiùs negatur per *l. 13. C. h. l. 35. C. de inoffic. testam.* Gilken. *h.* Zœs. *h. q. 1.* Sed Jure Canonico nulla solennitas, nec ulli testes requiruntur, modo ex scripturâ constet de testa-

toris

toris voluntate. *c. 10. de testam.* quod etiam hodie in foro no...o seculari observatur. Tiraquell. *de privil. piæ caus.* Mantic. *conject. ultim. vol. lib. 6. tit. 3. n. 9. 10. 14.* Add. *Exerc. ad Pand. 32. thes. 23.*

Ad L. Nemo Apostolorum. 2.

QR. An hodie rectè in templis eorumque vestibulis, aut porticibus concedatur sepultura, pro certo honorario, ad utilitatem Ecclesiæ impendendo? Prohibita quidem olim fuit in ædibus sacris (*quæ hic dicuntur sedes Apostolorum vel Martyrum, ubi nim. sepulcra vel in memoriam eorum templa extructa: vid. Carol. Annib. Fabrot. in not. ad paratitl. Cujac. h. t. verb. & quæ memoria.*) humare f. sepelire mortuos. Antiquis verò jam temporibus contraria consvetudo inolevit, ut bene deducit Anton. Mornacius *in d. l. 2.* ubi etiam hodie interdicta retinendæ possessionis concessa commemorat, si in usu sepulcrorum familiarum (Erbbegräbnüssen) quis turbatus. Add. Augustin. Barbos. *de Jure Ecclesiastico lib. 2. c. 10.* Neque ita templa profanantur, quia ad nullum profanum usum adhibentur. Et quamvis Jure Canon. si pro sepulturà aliquid exigatur, simoniæ accenseatur *c. 3. de sepultur.* tamen revera Simonia non est, quia nihil spirituale venditur. Add. Carpzov. *Jurisprud. Consist. lib. 2. def. 389.*

Ad L. Nemo Martyres. 3.

QR. An reliquiæ sanctorum religiosè sint colendæ, ac iis vis aliqua medendi rectè adscribatur? Neg. Grœnevveg. & *alleg. h.* Ineptè Anton. Mornacius *ad h. l. 3.* scribit, *bonum dolum aliquando tolerandum esse, si exportentur reliquiæ clam, ac latenter, ceuque per furti cujusdam pii speciem ex uno loco, ut sanctè ac piè recondantur posteà in mar-*

martyrio altero: h. e. Ecclesiâ in honorem aliquorum martyrum exstructâ. Walafridus Strabo *de reb. Eccles. c. 6.* Add. Augustin. *de Civit. Dei lib. 8. c. 26. 27. & lib. 22. c. 10.*

Ad L. Non plures. 4.

QR. An Canonici expectantes in Ecclesiis, in quibus est certus numerus canonicorum, gaudeant privilegio? N. *arg. h. l. 4.* Joh. Fab. *h.* Mornac. *ibid.* Attendenda verò venit hâc in re consvetudo & statuta collegii.

Ad L. Placet. 5.

QR. An res Ecclesiæ sint immunes à collectis? Aff. regulariter per *h. l. 5.* ubi *vers. postremò nihil excipitur præter canonicam illationem, quam adventitiæ necessitatis sarcina repentina poposcerit.* Notandum enim est, quod Constantinus M. & sequentes Imperatores Christiani favore religionis multa Ecclesiis aliisque piis locis privilegia, & quibus olim non gaudebant, immunitates largiti sint. Add. Henning. Arnis. *de subj. & exemt. clericor. c. 4.* Christin. *vol. 2. dec. 17.* Gudelin. *de jur. noviss. l. 6. c. 7.* Has deinde extendit Imp. Fridericus. *auth. item nulla, & in auth. statuimus. C. de episc. & Cler.* Donec Pontifices Romani his non contenti jugum seculare omnino excusserunt, acribus pœnis coërcentes eos, qui Ecclesias, earumve res & personas ullis oneribus & exactionibus onerare ausi fuerint. *c. 4. c. 7. & tot. tit. de immunit. Eccles.* vid. Anton. Matth. *de crimin. l. 48. tit. 13. c. 5. num. 14.* sed cum successu temporis multa immobilia Ecclesiastici undique corraderent, atque ita plurium bona in manum mortuam venirent, uti loqvuntur: quod in præjudicium ac detrimentum secularis potestatis vergebat; quâ

de re conqueritur Petr. Ferrar. *prax. pap. tit. 4. gloss. 7. n. 13. gloss. 20. num. 33. & tit. 30. gl. 7. num. 1. & seqq.* Principes tandem Ecclesiasticis immobilium acquisitionem in universum interdixerunt, nisi impetratâ prius amortizatione. Peck. *tract. de amortisat. c. 4.* Ramdoht. *Diss. de amortizat. bonor.* Cæterum de usu hodierno legas Casp. Klockium *de contrib. c. 12.* Dn. Tabor. *tract. de metat. & epidem. P. 2. c. 3. th. 9. part. 3. c. 2. art. 1. §. 10. & seqq. & c. 3. art. 2.* Conf. Barbos. *de Jure Eccles. l. 1. c. 39. 8. 5.*

Ad L. omni. 6.

QR. An Princeps in caussis religionem & Ecclesiastica concernentibus debeat consulere Theologos? Aff. *h. l. verb. non absq; scientiâ antistitis Ecclesiæ.* vid notat. *ad L. 1. h. t. circ. fin.*

Ad L. Ad instructiones. 7.

QR. An divinæ domûs & venerabiles Ecclesiæ ex suis prædiis & reditibus teneantur conferre ad instructiones viarum publicarum pontiumque, item portuum & murorum urbis ac puteorum? Neg. regulariter, nisi necessitas exigat, quod sc. reditus urbis non sufficiat. *h. l. 7.* add. *l. ad portûs. C. de oper. publ. l. hâc providentissima. C. de quib. munerib. l. absit. 4. C. de privileg. dom.* Bald. *h. n. 3.* Castr. *n. 2.* Peck. *de repar. Eccles. c. 22.* Flores de Mena. *var. quæstion. l. 2. 7. 11. n. 213.* Græv. *lib. 2. concl. 52. n. 13.* Molin. *d. l. obs. 11. 2. n. 612.* Barbos. *de Jur. Eccl. l. 1. c. 39.* Arnis. *d. c. 4. n. 13. circ. fin. ubi ita judicatum esse refert.*

Ad L. Sacrosancta. 8. & L. Qui sub prætexta. 9.

QR. An privilegiis Ecclesiarum frui debeant, qui Ecclesiastico nomine abutuntur, seu propriè ad eam non perti-

pertinent; & qui in album quidem Ecclesiasticum relati; sed munus non obeunt? Neg. ne sc. fiscus defraudetur. *h. l. 8. & 9.* unde etiam concludunt interpretes, quod in numerum studiosorum recepti, non frequentantes lectiones, non frui debeant privilegiis studiosorum Horat. Lucius *tract. de privileg. scholastic. c. fin. num. 3.* Mascard. *de probat. concl. 1290.* Gilken. *h. n. 16.* Christin. *volum. 2. dec. 10.* Barbos. *axiom. usufr. q. 190. n. 8.* Cald. de Pereir. *quaestion. forens. cons. 20.*

Ad L. Jubemus. 10. & L. Neminem. 11.

QR. An Ecclesia sit immunis ab angariis vel parangariis, (h. e, praestatione vecturae, equorum ad cursum publicum, *syntagm. feud. c. 6. aph. 25.*) it. navis praestatione ad transvectionem annonae? Aff. *arg. d. l. 5. h.* nisi necessitas summa exigat. *h. l. 10. & 11.* Andr. de Isern. *in c. 1. §. illicitas. de pac. juram. firm.* Luc. de Penn. *in l. ult. C. de exaction. tribut.* Brunnem. *h. ubi addit in casu necessitatis conferre debere Ecclesiam pro excubiis civitatis.* Arnis. *d. l.* Ita quoque necessitate exigente extraordinarias collectas, indictas ob bellum contra Turcas, solvere debet Ecclesia ratione rerum Ecclesiasticarum, seu quae sunt in patrimonio Ecclesiae: R. A. de A. 1495. A. 1502. A 1532. 1542. 1544. verb. Und zu diesem Christlichen milden Werck sollen alle Stifft/Capittel/Klöster/ Ordensleute/ Kirchen/ der Kirchen Fabricen und Spittel/ etc sie seyn exemt oder nicht/ etc. ihre Steuer und Anlag geben. Mund. *d. tract. c. 6. n. 423.*

Ad L. Privilegia quae. 12.

QR. An privilegia, quae Ecclesiis, Academiis ac piis locis sunt concessa; ut & salaria, hactenus ministra-

ta, inconcussa & prorsus imminuta esse debeant? Aff. *h. l. 12. & auth. seq.* adeò ut omnia declarentur irrita & nulla, quæ contra illa fiunt. vid. Tiraquell. *de privileg. piæ caus. privil. 156. ubi dicit hanc legem notabilem*. Add. Fr. Stypmann. *tr. de salar. cleric or.*

Ad auth. Cassa.

QR. An consvetudo in præjudicium Ecclesiæ & similium locorum introducta, valeat? Neg. *h. auth.* vid. Bartol. *h.* Barbos. *de Jur. Eccles. l. 2. c. 3. num. 190.* Mantic. *de tac. & amb. conv. lib. 4. t. 7. n. 16.*

Ad L. Generali. 13. & auth. ingressi. it. auth. si qua mulier aut vir.

QR. I. Si Lutheranæ religioni addictus, Pontificiam suscipiens, monasterium ingrediatur, ac ab intestato decedat, an monasterium succedat, liberis tantùm legitima relictâ? Nobis distinguendum videtur inter bona ab ipso relicta mobilia, ac immobilia: in illa succedetur sec. jura in Pontificiis terris circa hereditatem monachi recepta; in hæc verò juxta jura loci, ubi ista sunt sita: adeoque si in priori domicilio seu in nostris terris prædia reliquerit, in his soli liberi succedent: *arg. eorum, quæ tradita sunt Exerc. ad Pand. 38. th. 43 in fin.* Conf de successione in bona elericorum Marc. Ant. de Dominis *de Rep. Ecclesiastic. lib. 9. c. 12. num. 21. & seqq.*

Qr. II. An testamentum, exposito casu ante conditum, per susceptum Monachismum, quasi agnatione filii & heredis rumpatur? Neg. quia nec filii loco cumprimis in nostris terris est monasterium, nec doctrina juris civilis de capitis minutione per arrogationem huc commodè appli-

applicari potest. Add. Covarruv. *ad c. 2. de test am. n. 10.* Fachin. *6. c. 14.*

Ad L. Jubemus. 14. auth. Hoc jus porrectum & plures seqq.

QR. An Res Ecclesiasticas non legitimè (*h. e. non præcedente causæ cognitione; it. probatione necessitatis, aut evidentis utilitatis; & decreto superioris. add. Exerc. 3. ad Pand. th. 70.*) alienatas possit ipse is, qui alienavit vindicare? Aff. quia Ecclesiæ nomine vindicat. Panormit. *in c. 6. d. reb. Eccles. non alien.* Vinc. Fusar. *d. subst. q. 717. n. 2.*

Ad d. l. 4. §. 3.

QR. An verbis Notarii, in genere asserentis, in instrumento propter alienationem Ecclesiæ factam esse alienationem, credatur? an verò alia requiratur probatio? Posterius aff. quia judex debet in judicio de causâ probatâ cognoscere. Vid. Menoch. *d. arb. jud. quæst. c. 926.* Grammat. *dec. 29.* Carpzov. *Jpr. for. P. 1. c. 5. defin. 16. & Jurispr. Consistor. l. 1. def. 6. n. 15.*

Ad d. auth. hoc jus porrectum: verb. fin.

QR. An ut in mutuo, cum administratore contracto, creditor: sic & in emtione venditione rerum Ecclesiæ emtor solicitus esse debeat, ut probare possit pecuniam in utilitatem Ecclesiæ esse impensam? Neg. modò solennitates debitæ sint observatæ: quia tunc nihil imputari potest emtori. Pinell. *in l. 1. C. de resc. vendit. part. 2. c fin. n. 70.* Mascard. *de probat. concl. 1165. num. 19.* Gratian. *disc. for. tom. 3. c. 555. n. 7.*

Ad auth. sicut.

QR. An Ecclesia, licèt non confecerit inventarium, tamen haud teneatur ultra vires hereditatis, quam adiit? Ita colligunt ex *hoc text.* Paul. Castr. Cynus.

Ad auth. Multò magis.

QR. An res Ecclesiastica possit ex justâ autoritate Principis fieri profana? Aff. *arg. l. 30. §. f. de legat. 1.* R. A. zu Augspurg de Anno 1555. §. Nachdem. Add. *Instrum. Pacis Osnabrug.* Hornbeck. *exam. bull. papal. §. 11. p. 44. & seqq.*

Ad auth. quibuscunq; modis.

QUærunt hîc interpretes: An Prælatus rectè concedat consanguineis rem Ecclesiasticam, infeudari solitam? Aff. modo etiam vergat in utilitatem Ecclesiæ, quia in his, quoad personam, cui præ aliis conceditur, gratificationi est locus. Add. Fachin. *l. 7. c. 31.* Non obst. *h. authent. qua loquitur de œconomo seu nudo administratore.*

Ad auth. qui res.

QR. An qui res Ecclesiasticas illegitimè comparavit, iis revocatis, pretium, quod dedit, repetere, ab Ecclesiâ possit? Neg. *h. auth. vers. ejus autem. & vers. emphyteusis.* nisi is, qui nomine Ecclesiæ alienaverit, non sit solvendo; Ecclesia verò sit locupletior facta. Paul. Castrens. *h.* Aym. Cravett. *cons. 271. n. 19.* Camill. Borrell. *summ. decis. tom. 1. tit. 15. num. 67.*

Ad auth. Si quas ruinas.

QR. An ex ærario Ecclesiastico ædes sacra sit reparanda? Aff. *Ordin. Elect. Eccl. Saxon. t. 32.* modò sufficiat, aliàs

alias paroeciani (die Eingepfarrten) etiam sumtûs & operas contribuere tenentur. *c. 4. de Eccles. adif. vel repar.* Paul. Christin. *dec. belgic. vol. 2. dec. 16.* Carpzov. *Jurispr. Consistor. l. 2. t. 22. d. 338.* Finckelth. *de Jur. Patr. Eccles. c. 4. n. 93.*

Ad auth. Perpetua quoq;.

QR. An emphyteusis Ecclesiastica, simpliciter alicui primùm concessa, pro se & heredibus, transeat etiam ad heredes collaterales, vel etiam extraneos? Neg. quia vox heredis propter favorem Ecclesiarum strictiùs hîc sumitur. Jul. Clar. *rec. sent. 9. emphyteusis. quaest. 28.* Facit huc responsum Collegii nostri Juridici ad consultationem der Consistorial-Räthe zu Oldenburg/ Mens. Mart. Anno 1618. U. F. D. Z. Ehrwürdige / Ehrenveste/ Hoch- und Wohlgelahrte / günstige gute Freunde; Als ihr uns vermeldet / daß Addick Meinßen von der Kirchen in Stollhamb 14. Juck Kirchen-Landes zur Heuer oder Miethe gehabt/ und dafür jährliche pension der Kirchen gegeben/ nach seinem Absterben seyn gedachte 14. Juck seinen Sohn Iffen / und wie derselbe auch verstorben/ dessen Sohn Addick Meinßen wieder verheuret oder vermiethet worden/ gleichwol aber uf sein Lebenlang/ darbey keine Meldung der Erben geschehen. Wie nun dieser Addick seine leibliche Tochter ermordet / darauff sich selbst ersäufft/ und keine Leibes-Erben verlassen / hätten die Kirchgeschworne das Land seiner Wittiben gelassen/ auch wie sie sich an Stittert Harcksen wieder befreyet/ Anno 603. ernandten ihren Ehemanne verheuret/ der es auch ruhig ohne einigen Einspruch 6. Jahr lang gebrau-

chet/

chet/ und der Kirchen dafür die Heuer entrichtet; Nach dessen tödtlichen Abgang sey es abermahl der Wittiben gelassen worden biß uf Anno 612. und habe diese gantze Zeit über niemand einigen Einspruch oder Ansuchung wegen einiger Gerechtigkeit zu dem Kirchen-Land bey den Kirchgeschwornen gethan; Nachdem aber in vorher Anno 609. gehaltener Visitation beschlossen/ und derselbe Beschluß von dem Hochwohlgebohrnen Euren Gn. Land-Herrn confirmiret/ daß/ welcher Kirchen-Meyer seine gewöhnliche Heuer uf künftig Martini nicht erlegen würde/ derselbe des Kirchen-Landes verlustig/ und die Kirchgeschworne bemächtiget seyn solten/ das Land andern umb die Gebühr einzuthun/ solcher Befehl auch öffentlich zu mehrmahln von der Cantzel abgelesen/ seyn darauff Anno 612. Nancken Haissen gedachte 14. Juck Kirchen-Landes von den Kirchgeschwornen zur Heuer eingethan worden/ welches die Wittibe nicht gefochten. Ob aber wohl Anno 1606. Herman Meintzen des ertränckten Addicks Großvatern Bruder Sohns Sohn sich gefunden/ und mit andern/ so sich desselben verlassenen Erbgüter angemasset/ in Rechtfertigung eingelassen/ auch folgends nach seinem Tode sein Bruder Ummo pro legitimo herede des ertränckten Addicks wider die Wittibe und andere angegebene Erben/ durch Urtheil und Recht erkant worden; So habe doch weder ermeldter Herman von Anno 602. noch er Ummo selbst bey den Kirchgeschwornen angehalten/ ihm die 14. Juck Kirchen-Landes zu verheuren/ vielweniger die jährliche Heure oder Miet-Geld den Kirchgeschwornen offeriret/ ungeachtet obangedeuteter von öffentlicher Cantzel beschehenen

nen Abkündigung/ sondern habe Anno 1612. allererst die Befehl aus Gräfl. Cantzley an die Kirchgeschwornen außgewircket/ dem Rancken Haißen/ der nach des erträncketen Addicks Todesfall der vierdte Miet-Mann oder Colonus worden/ und das albereit in Heuer und Besitz gehabt/ die 14. Juck Kirchen-Land nicht zu verheuren; Gleichwol nach erlangten Mandat weder Herman Meinßsen noch sein Bruder Ummo biß dato sich ad solutionem pensionis erbothen; Alles nach mehrern Inhalt e. a. u. g. Berichts. Wann ihr dann/ was dißfalls die Kirchen zu Stollhamb befugt/ und ob vielberührte Länderey vor Erbzins-Güter/ zu Latein Emphyteutica genant/ zu achten/ auch da sie gleich davor gehalten werden solten/ ob nunmehr des erträncketen Addicks erklärter Erbe Ummo Meinßen sich derer mit Bestand anmaßen/ uñ den itzigen Inhaber Rancken Haißen davon abtreiben könne/ oder ob nicht vielmehr derselbe darbey billich geschützet werde/ V. R. b. g. d. s. W. V. R. wann es nicht allein erzehlter maßen allerseits bewandt/ sondern auch/ wie ihr ferner in euren angezogenen motiven und Rechts-Gründen vermeldet/ der Pastor uñ noch lebende Diaconi der Kirchen zu Stollhamb bezeugen/ daß sie mit dem abgeleibten Addick Meinßen keinen Erbzinß-Contract, sondern eine schlechte Miete uf sein Lebenlang umb ein jährlich Miet-Geld/ so neben andern uf der streitigen Landerey hafftenden oneribus den Früchten derselben fast correspondiret/ auch zum öfftern nach Gelegenheit der Zeiten verändert/ und gesteuret worden/ geschlossen/ das Kirchen-Buch auch nur einer Heure und gar nicht der Erb-Zinsen Erwehnung thut/ und mit keinem Buchstaben zu erweisen/

daß diese Kirchen-Länder Erbzinß-Güter genant worden / so ist ohnzweiffelhafft / daß dieselbe vor keine Erbzinß-Güter zu achten / noch sich derer Ummo Meinßen als Erbe anzumaßen einig Fug noch Recht habe / vor eines. So auch gleich vors andere vielberührte 14. Juck Landes rechte Erbzinß-Güter oder agri emphyteutici gewesen seyn solten / so were doch ex natura emphyteuseos Ecclesiasticæ des ertränckten Addicks Meinßen heres collateralis, als welcher auch des primi acquirentis Addicks des Aeltern Nachkömling nicht / sondern desselben Brudern Sohns Sohn ist / damit nicht befället / zuvoraus / da vermöge einer in der gantzen Graffschafft Oldenburgk beständigen Gewonheit alle Kirchen Ländereyen allein ad vitam pflegen verheuret zu werden / ja auch gleich zum Uberfluß Ummo Meinßen durch vielbesagten Addicks Todesfall damit vererbet gewesen / so were er doch derselben nicht allein Krafft obangeregten von euren Gn. Landes-Herrn confirmirten Beschlusses / sondern auch nach Verordnung der gemeinen Rechten / indem er so viel Jahr verfliessen lassen / und die Lehn nicht gesucht / noch die verfallene pension erlegt / vorlängst verlustig worden / wird derowegen aus diesen und andern von euch angezogenen Rechts-Gründen der Rancke Haißen bey denen 14 ihm verheissenen Jucken Kirchen-Landes billich gehandhabet / Ummo Meinßen aber von seinen unbefugten wider Rechtlichen Beginnen mit Ernst abgewiesen. V. R. W.

Ad

Ad auth. sed & permutare : & auth. Item sibi.

QR. An in permutatione rerum Ecclesiasticarum eadem requirantur, quæ aliâ in alienatione; Aff. *arg. auth. item sibi* : & *auth. sed & permutare : quæ specialiter loquitur de Principe in Ecclesiæ commodum, & ob reip. necessitatem permutante*. Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conv. l. 25. tit. 4. n. 9.*

Ad eand. auth. item sibi.

QR. An privilegiatus contra privilegiatum possit uti suo privilegio? Aff. *arg. h. auth.* quando sc. alter captat lucrum, alter certat de damno vitando. Anton. Fab. *in Cod. lib. 1. tit. 2. def. 86. num. 17.* Carpzov. *P. 2. cap. 5. d. 2. n. f.*

Ad auth. item prædium.

QR. An prædium inutile Ecclesiæ possit absque debitis requisitis alienari? Neg. *arg. h. auth. verb. ut supra. ubi text. se refert. ad auth. hoc jus porrectum.*

Ad auth. Qui rem.

QR. I. An non solùm Emphyteusis Ecclesiastica, sed etiam alia ob deteriorationem amittatur? Aff. quia ratio subest eadem, modò deterioratio sit magna, quippe quâ fidei datæ contravenire videtur emphyteuta quilibet. Hartm. Pistor. *part. 1. q. 28.*

Qr. 11. An, non soluto intra biennium vel triennium canone, dominus expellere (*sc. autoritate judiciali*) emphyteutam possit, ac simul etiam canone residuum exigere? Aff. *per h. auth. circ. fin. verb. ut tamen &c.* quia sc. alterum ratione dominii directi competit; alterum rectione contractûs Mantic. *de tac. & amb. conv. l. 22. tit. 23. n. 5.* Carpzov. *P. 2. c. 38. d. 6.*

Ad auth. Hæc usus.

QR. An administrator rerum Ecclesiasticarum possit usumfructum prædii concedere cuidam, qui fundum ejusdem pretii vicissim Ecclesiæ donat ita, ut post mortem utraque, res nim. & ea, quæ ipsi utenda fruenda concessa, & ista, quem offert, pleno jure ad Ecclesiam pertineat? Aff. *h. auth. junct. h. l. 14. §. fin.* Brunnemann. *in d. auth.* quia tali casu, non tam quid alienatur, quàm Ecclesiæ acquiritur.

Ad L. Si quis donaverit.

15.

QR. Si quis in nostris terris donaverit, ut in honorem Mariæ, aut angeli cujusdam oratorium ædificetur, an tale valeat legatum? videri quidem possit illud, quia cultus, ad quem relictum, est illicitus, non valere, *arg. l. 6. C. de pact. l. 4. C. de inutil. stip. conf. l. 38. §. 6. in fin. de legat. III.* Verùm favore piæ causæ, ex benignâ interpretatione, sustinetur, ac ad aliam piæ causæ utilitatem convertitur, & impenditur. *Conf. l. 16. de us. & usufr. l. 4. de adm. rer. ad civ. pertin.* Add.

Pax

Pax religiosa de Anno 1555. §. Also auch. Wilh. Zepp. *de Pol. Eccles. l. 2. c. 26. & de LL. Mosaic. l. 4. c. 10.* Frider. Hortleder. *tom. 1. de bell. German. lib. 8. c. 7.*

Ad L. Decernimus.

16.

QR. An constituta contra Ecclesiam tempore occupationis hostilis, justo domino redeunte, valeant? Neg. *arg. h. l. 16.* Add. Baron. *tom. 6. annal. Eccl.* A. C. 472. Pancirol. *var. lection. l. 2. c. 165.* Christin. *dec. belgic. v. 2. d. 14.*

Ad L. Privilegia.

17.

QR. I. An etiam in dispositione de rebus Ecclesiasticis obtineant majora suffragia? Aff. *h. l. 17. §. 2. verb. ita ut obtineat. quod pluribus placuerit.*

Qr. II. An etiam Leges de præteritis casibus possint ferri? Aff. *arg. h. l. §. 4. verb. & in futuris & in præteritis aut præsentibus*, si nim. ita Legislator expresse constituerit.

Ad L. Magna. 18.

QR. An hodie pro exequiis recte præstetur honorarium ministris verbi divini? Aff. vid. *Constit. Ecclesiasticas* Kirchen-Ordnungen, Carpzov. *Jurisprud. Consistorial. L. 1. tit. 7. d. 113. & def. 114. ubi etiam de panno funebri Ecclesiæ ministris alicubi relinquendo.*

Ad L. Illud, quod.

19.

QR. An donatio piæ causæ facta egeat insinuatione, si excedat 500. solidos? Aff. *per h. l. 19. vers. sin verò. Conf. l. 35. §. f. l. 36. C. de donation.* Carpzov. *P. 2. c. 12. def. 13. num. 6.* Negativam de Jure Canonico defendunt *arg. c. 11. de testam.* Tiraquell. *privileg. piæ caus.* Molin. *de J. & J. tract. 2. disp. 279.* Cald. Pereir. *quæstion. for. caus. 28. num. 3.*

Ad L. Nec ex sacra. It. Neq; per sacram.

20.

QR. An annona militaris sub prætextu piæ causæ alienari possit? Neg. *per h. l.* Regn. *h.*

Ad L. Sancimus nemini. 21.

(*al.* 17.)

QR. I. An pretium vasorum sacrorum conflatorum ac alienatorum possit repeti actione in factum vel condictione? Aff. *h. l. vers. sin autem.* Castrens. *h.*

Qr. II. An ob redemtionem captivorum, & alendos pauperes sacra vasa possint distrahi? Aff. *h. l. vers. exceptâ videlicet. add. c. aurum. 12. q. 2.* Gutierez. *lib. 3. pract. quæstion. q. 8. n. 2. 3.* Barbos. *de Jur. Eccles. l. 3. c. 27. n. 13.*

Ad auth. Prætereà.

QR. An ob æs alienum Ecclesiæ vasa superflua possint vendi? Aff. *h. auth.* Add. Redoan. *de simon. part. 3. c. 17. num. 18.* Barbos. *d. tract. 3. c. 2. n. 47.*

Ad

Ad L. Sancimus. 22. (al. 18.)

QR. Si Ecclesiæ legata res sit, ut sit immunis, quis immunitatem præstare debeat, an Ecclesiæ eam impetrandi cura incumbat, an verò heres jus manus mortuæ luere, ac onera in se suscipere debeat? Heres non tenebitur, nisi conceptis verbis testator jusserit. Molin. *ad Job. Galli. quæst. 91.* ubi, se ita consuluisse cum fori peritioribus, adjicit. Bacquet. *de Jur. man. mort. c. 63.* qui refert ita judicatum esse contra Eustachianos æedituos. Anton. Mornac. *in h. l.* ubi *in fin.* casum refert, quo per amicabilem transactionem onera inter Ecclesiam & heredes divisa fuerunt.

Ad L. ut inter divinum 23. (al. 19. ult.) Et Auth. Quas actiones.

QR. I. An in rebus Ecclesiæ mobilibus hodie sufficiat triennii præscriptio, & requiratur etiam in foro Saxonico? Aff, *b. auth. junct. c. 16. q. 3. 16.* Zœs. *ad Decret. de præscript. num. 5.* Carpzov. *P. 2. c. 5. def. 0.*

Qr. II An etiam in foro Saxon. præscriptio XL. annorum contra Ecclesias, hospitalia, it. eleemosynas obtineat? Aff. *d. Part. 2. Constit. Elector. 5.* Carpz. *lib. 1. resp. 35.* non tamen opus est accedat annis quadraginta etiam annus & dies Carpz *d. c. n. 5. def. 7.*

Q. III. An hæc auth. etiam pertineat ad res civitatis; an verò contra hanc (*juxta l. 23.*) opus adhuc sit centenariâ præscriptione? Prius aff. sec. receptiorem sententiam. Cyn. Salyc. *h.* Boër. *dec. 254. num. 22.* Fachin.

8. c.

8. c.3. Rittershus. *in Novell. part. 11. c. 1. num. 17.* Coler. *decis. 10. num. 17.* Berlich. *P. 2. concl. 8.* Gebhard. *de usuc. & præscr. c.4. §. 4. num. 10.* Imo Jure Saxon. triginta annorum anni & diei præscriptionem sufficere adversus Civitatem, statuit Sereniss. Elector. August. *P. 2. c. 6.* Licet enim in Nov. 111. & 131. nihil circa civitates mutatum appareat, eadem tamen subest ratio, nec verisimile est Justinianum plus indulsisse civitatibus, quàm Ecclesiis: cumprimis si Justinianus *l. 23 C. de sacros. Eccles.* insigni fraude circumventus condiderit: (*uti memorant* Mornacius *ad h. l. & auth.* Grot. *in flor. spars. h.* Grœneweg. *h.* Dn. Joh. Strauch. *in Irner. non errant. cap. 3. th. 2.*) quis enim crederet Justinianum legem istam, ad quam malis artibus esset inductus, solùm corrigere & abrogare voluisse quoad Ecclesias, non quoad civitates.

Ad L. Constantinopolitana. 24. *Et L. Chartularii* 25.

Vid. not. *ad L. 14. h. t.*

Ad L. Quoniam. 26. *& ult.*

QR. Si quis in testamento instituat heredem Dominum nostrum Jesum Christum, an Ecclesia ejus loci parœcialis, cujus parochianus fuit defunctus, censeatur instituta heres? Aff. *per h. l. pr.*

Ad ejusd. L. §. 1.

Vid. notat. *ad l. 15. h. t.*

Tit. III

De Episcopis & Clericis, & orphanotrophis, & xenodochis, & brephotrophis, & ptochotrophis, & asceteriis, & Monachis, & privilegiis eorum, & castrensi peculio & redimendis captivis & de nuptiis clericorum vetitis seu permissis.

Ad L. 1.

QR. An clerici sint immunes ab inhospitatione militum? Aff. *h. l. 1. verb. neque hospites suscipietis. Add. c. 1. & 2. de immunit.* Flores de Mena *var. l. 2. quaest. 21. num. 207.* Christin. *dec. belgic. vol. 2. dec. 9. n. 2.* Carpz. *Jurisprud. Consistor. lib. 1. def. 123.* Dn. Tabor. *tract. de metat. & epidem.*

Ad L. omnis. 2. & auth. item nulla.

QR. An clerici sint immunes ab excubiis & parangariis? Aff. *h. l. 2. & auth. item.* Christin. *d. decis. 9.* Carpz. *d. def. 123. n. 7.*

Ad L. De his clericis. 3.

QR. An clerici teneantur de propriis & patrimonialibus praediis tributa solvere, ac onera realia subire? Aff. *per h. l. 3.* Mornac. Brunnemann. *in h. l. 3.* Carpz. *d. l. num. 11.*

Ad L. officiales. 4. & auth. sed neque Curialem.

QR. Si administrator ante redditas rationes ad religionem seu ordinem suscipiendum admissus fuerit, an

ad pristinum statum sit revocandus? Aff. *h. l. 4.* Fr. Munnoz de Escobar. *tract. de ratiocin. cap. 4. n. 3. & 4.*

Ad L. Si quis non dicam. 5.

QR. An is qui sacratissimam virginem seu monialem rapere jungendi matrimonii causâ attentaverit, hodie capitali pœnâ feriatur? Neg. Gothofred. & Grœnevveg. *h.* Conf. Farin. *tit. 16. q. 145. §. conatus: num. 195.* Anton. Matth. *de crimin. L. 46. tit. 48. c. 2. n. 6.* Damhud. *pr. crim. c. 95.* Clar. *§. raptus. q. 5. num. 4.* Carpzov. *L. 1. prax. crim. q. 40. & 75.* Brunnem. *h.*

Ad L. Presbyteros. 6.

QR. An etiam æditui inter clericos minores referendi, adeoque personalium munerum sint expertes? Aff. *per h. l. 6. c. cleros. distinct. 21.* Ordin. Ecclesiast. Elector. Saxon. art. general. 40. §. Als auch die Glöckner. Add. Carpzov. *Jurisprud. Consistor. L. 1. tit. 7. def. 116. num. 7. & tit. 226. num. 3.*

Ad L. Nec honore. 7. & auth. sed judex.

QR. I. An hodie clerici cogantur, ad testimonium dicendum, atque juramento firmandum? Aff. *c. 51. de testib. c. 2. de testib. cog.* nisi agatur de re minimâ; vel partes ipsæ juramentum iis remiserint. Cum enim juramentum requiratur, ut certò certius constet de fide asserentis, eadem ratio etiam in clerico obtinet. Pingitz. *quæst. 35.* Coler. *dec. 211.* Finckelthaus. *obs. 95.* Carpzov. *Decis. illustr. 77. Jurispr. Consistor. l. 3. def. 22. & 23. ac de process. jur. tit. 13. §. 9. n. 74. & § 10. num. 84.* Dn. Richter. *ad h. auth. num. 15. & seqq.*

Qr. II. An clericus teneatur, vel ei liceat revelare con-

confessionem agentis pœnitentiam? Neg. regulariter. *c. sacerdos. 2. de pœnitent. dist. 6. c. si sacerdos. 2. de offic. judic.* (*ubi dicitur, quia non ut judex scit, sed ut Deus.*) *c. dilectus. 13. de exc. prælator. c. 22. circ. fin. vers. caveant. de pœnitent.* Augustin. Beroj. *in c. ut si clerici. de judic. n. 147.* scribens: *Sacerdos interrogatus ut testis de his, quæ in confessione habuit, potest etiam cum juramento respondere, se nescire, quia interrogatur ut homo sc. non ut Deus.* Vincent. Carozius *tr. de confess. non reveland.* ubi *quæst. 4.* dicit: *Negans sacerdos & jurans non peccat, quia scit ut Dei vicarius, non ut simplex homo,* Carpzov. *d. lib. 3. defin. 25.*

Excipitur 1. si quis confessus fuerit in judicio delictum, & ad mortem condemnatus, posteà apud sacerdotem in confessione se innocentem esse asseruerit: Hoc enim sacerdos judici revelare debet; non tamen incitare vel saltem occasionem præbere reo ad confessionem judicialem revocandam: uti diligenter cavetur constit. crimin. Carol. *art. 103. & 31.*

Excipitur 2. si quis confessus fuerit intentionem suam criminis perpetrandi, quæ ut impediatur, vel alterius vel salutis publicæ intersit. Caroz. *d. tract.*

Ad eand. auth.

QR. An coram judice seculari, ubi causa agitur, de quâ testimonium perhibendum est, clericus ministerve Ecclesiæ testis produci & examinari possit? Neg. sed coram judice Ecclesiastico, qui requiritur à judice seculari, apud quem lis ventilatur. Carpz. *d. l. 3. def. 24.*

Ad L. Presbyteri. 8. & auth. Presbyteri.

QR. An clerici, falsum testimonium perhibentes, pri-

 ventur

ventur officio & dignitate clericali? Aff. *per hunc text.* Conf. *constit. crimin. artic. 107.* Barbos. & allegat. *b.* Dn. Richter. *in d. auth.*

Ad L. Nulla. 9. auth. Presbyterum. auth. Diaconissam.

QR. An in conferendis honoribus ac officiis ætas sit respicienda? Neg. quia habilitas ac dexteritas ponderanda magis quàm anni. Add. *tit. de ætat. & qual. & ordin. præficiend. & tit. eod. in VI. ut & clement. ult. eod. tit.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 16. n. 1.*

Ad L. Si quis in hoc genus. 10. Et auth. & novo jure.

QR. An is, qui in loco Ecclesiæ, eo tempore, quo tractantur sacra, vim corpori sacerdotis infert, & hoc modo sacra turbat, hodie capitali pœnâ afficiatur? Aff. Bald. *in h. auth.* Colet. *p. 1. dec. 178.* Carpzov. *p. 4. c. 1. def. 12. prax. crimin. part. 1. q. 44. num. 52.* Dn. Richter. *in hanc auth.*

Ad L. in Ecclesiis. 11.

QR. An originarii seu nati in provinciâ (die Landskinder) sint præferendi extraneis? Ita constitui solet in ordin. Ecclesiasticis, modò tamen non aliæ circumstantiæ extraneo prærogativam tribuant. Add. Mynsinger. *4. o. 30.* Roch. de Curt. *de jur. Patron. verb. honorificum. num. 45. & seq.* Covarruv. *quæst. pract. c. 35. num. 5.* Barbos. *ad c. 4. n. 7. de postul. prælator.*

Ad L. Si quis curialis. 12.

QR. An lex, in favorem clericorum lata, possit, si

res

res ita exigat tolli? Aff. *b. l. verb. ulterius legem prodesse non patimur.* Tiraquell. *pia cauſ. privileg. 159.*

Ad L. Si venerabilis. 13.

QR. An cognitio violatæ immunitatis Eccleſiarum potius ſummorum Pontificum decretis, quàm Imperatorum legibus decidi debeat? Ita quidem ſtatuit Barboſ. *ad banc l. 13.* verùm contrariam ſententiam ipſa hæc lex confirmat. Add. *not. ad Tit. 2. de ſacroſ. Eccleſ. l. 1.*

Ad auth. Item quecunque.

QR. I. An Civitas ob delictum à Senatu vel adminiſtratoribus nomine civitatis, abſque conſenſu tamen omnium civium commiſſum, rectè puniatur? N. quia iſti præjudicare univerſitati delicto ſuo non poſſunt. Maſcard. *d. probat. concluſ. 1413. num. 8. 9. 10.* Schrader. *d. feud. 2. part. 9. ſect. 9. num. 51.* Add. Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 21.* Dn. Joh. Henr. Segnitz. *Diſſert. inaugur. de univerſitat. c. 6. §. 2. verſ. multò minus.*

Qr. II. An civitas excommunicari ſeu in bannum declarari poſſit ob delictum, conſenſu majoris partis univerſitatis ſc. non ut à ſingulis, ſed ut à civitate, commiſſum? Aff. Stricto jure, ita tamen ut univerſitas quidem quat. talis puniatur & coerceatur; exſecutio verò moderatè inſtruatur, ut non in ſingulorum, intra quos plurimi innocentes tàm adulti quàm impuberes inveniuntur, perniciem vergat. Gail. *l. 2. de pac. publ. c. 9.* Mynſing. *5. o. 111.* Grot. *d. l.* Segnitz. *d. l. §. 5.*

ventur officio & dignitate clericali? Aff. *per hunc text.* Conf. *constit. crimin. artic. 107.* Barbos. & allegat. *b.* Dnl. Richter. *in d. auth.*

Ad L. Nulla. 9. auth. Presbyterum. auth. Diaconissam.

QR. An in conferendis honoribus ac officiis ætas sit respicienda? Neg. quia habilitas ac dexteritas ponderanda magis quàm anni. Add. *tit. de ætat. & qual. & ordin. præficiend. & tit. eod. in VI. ut & clement. ult. eod. tit.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 16. n. 1.*

Ad L. Si quis in hoc genus. 10. Et auth. & novo jure.

QR. An is, qui in loco Ecclesiæ, eo tempore, quo tractantur sacra, vim corpori sacerdotis infert, & hoc modo sacra turbat, hodie capitali pœnâ afficiatur? Aff. Bald. *in h. auth.* Colet. *p. 1. dec. 178.* Carpzov. *p. 4. c. 1. def. 12. prax. crimin. part. 1. q. 44. num. 52.* Dn. Richter. *in hanc auth.*

Ad L. In Ecclesiis. 11.

QR. An originarii seu nati in provinciâ (die Landskinder) sint præferendi extraneis? Ita constitui solet in ordin. Ecclesiasticis, modò tamen non aliæ circumstantiæ extraneo prærogativam tribuant. Add. Mynsinger. *4. o. 30.* Roch. de Curt. *de jur. Patron. verb. honorificum. num. 45. & seq.* Covarruv. *quæst. pract. c. 35. num. 5.* Barbos. *ad c. 4. n. 7. de postul. prælator.*

Ad L. Si quis curialis. 12.

QR. An lex, in favorem clericorum lata, possit, si res

res ita exigat tolli? Aff. *b. l. verb. ulterius legem prodesse non patimur.* Tiraquell. *piæ cauſ. privileg. 159.*

261.

Ad L. Si venerabilis. 13.

QR. An cognitio violatæ immunitatis Eccleſiarum potius ſummorum Pontificum decretis, quàm Imperatorum legibus decidi debeat? Ita quidem ſtatuit Barboſ. *ad hanc l. 13.* verùm contrariam ſententiam ipſa hæc lex confirmat. Add. *not. ad Tit. 2. de ſacroſ. Eccleſ. l. 1.*

Ad auth. Item quæcunque.

QR. I. An Civitas ob delictum à Senatu vel adminiſtratoribus nomine civitatis, absque conſenſu tamen omnium civium commiſſum, rectè puniatur? N. quia iſti præjudicare univerſitati delicto ſuo non poſſunt. Maſcard. *d. probat. concluſ. 1413. num. 8. 9. 10.* Schrader. *d. feud. 2. part. 9. ſect. 9. num. 51.* Add. Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 21.* Dn. Joh. Henr. Segniz. *Diſſert. inaugur. de univerſitat. c. 6. §. 2. verſ. multò minus.*

Qr. II. An civitas excommunicari ſeu in bannum declarari poſſit ob delictum, conſenſu majoris partis univerſitatis ſc. non ut à ſingulis, ſed ut à civitate, commiſſum? Aff. Stricto jure, ita tamen ut univerſitas quidem quat. talis puniatur & coerceatur; exſecutio verò moderatè inſtruatur, ut non in ſingulorum, intra quos plurimi innocentes tàm adulti quàm impuberes inveniuntur, perniciem vergat. Gail. *l. 2. de pac. publ. c. 9.* Mynſing. *5. o. 11.* Grot. *d. l.* Segniz. *d. l. §. 5.*

Ad L. Quicunq. 14.

QR. An Clerici turbantes reinp. & rebelles magistratui possint à Principe expelli? Aff. *per h. l.* Brunnemann. *h.*

Ad auth. Si quis Episcopus.

QR. An detrusio in monasterium pœnæ locum habeat? Aff. *per h. auth.* Dn. Brunnem. *h.*

Ad L. Conventicula. 15.

QR. An congregatio, in bonum finem facta, admittatur? Aff. Menoch. *conf. 28. num. 18.*

Ad L. Quisquis censibus. 16.

QR. An vasallus possit servire per surrogatum? Neg. quidem juxta jura feudalia. Hartm. Pistor. *l. 2. q. 33. num. 3.* Rosenth. *de feud. c. 7. concl. 29. n. 2. & c. 8. concl. 23.* Hodie tamen quoad servitia militaria sæpius concedi solet.

Ad L. Placet nostræ. 17.

QR. An clerici abstinere debeant à forensibus negotiis? Aff. *h. l.* excipiunt tamen causas miserabilium personarum *c. defensionis. 2. dist. 87.* it. causas Ecclesiæ. *gl. ad c. cum sacerdotis. 3. de postul.* Panormit. *in c. 2. n. 2. 4. ne cler. vel monach. sec. negr. se. immiss.* Zœs. *in d. t.* Brunnemann. *h.*

Ad auth interdicimus.

QR. An ludus scachorum permissus sit clericis? Aff. Steph. Costa. *tr. de ludo. num. 25.* Clar. *§. ludus. n. 5. vers. quaero.* Guid. Pancirol. *thes. var. lect. l. 1. c. 48.* Farin. *prax. crim. quaest. 109. n. 114.* Barbos. *de Jur. Eccles. l. 1. c. 40. ubi num. 68. & 69. scribit: Licet hujusmodi ludus ingenio*

con-

constet, ac proinde permissus censeatur, non multum tamen literatis hominibus convenire arbitror, eo quod mentem jam literarum studiis fatigatum recreare magis cessatione & quiete, quàm novo meditationis labore gravare oporteat.

Ad L. Parabolani. 18.

QR. An ad bene constitutam rempubl. pertineat, ut Medici ordinarii (Stadt- und Land-Medici) in eâ constituantur, & cumprimis etiam tempore pestis certi parabolani, sive qui in nosocomiis, & aliis ædibus infectis ægros visitent, & periculo se exponant? Aff. *arg. b. l.* Add. Alciat. *lib. 4. dispunct. c. 9.* Turneb. *adversar. l. 13. c. 23.* Pancirol. *var. lect. l. 1. c. 77.* Polydor. Ripa. *tract. de peste.* Paul. Zachias *in quaestion. medicol.*

Ad L. Eum qui. 19.

QR. An præsumtio honestatis, quæ colligitur ex consanguinitate, excludat & enervet alias præsumtiones? Aff. *b. l. verb. In his enim nihil saevi criminis existimari fœdus naturale permittit.* Anton. Gomez. *in L. Tauri. num. 16.* Mascard. *de probat. concl. 312. num. 8.* Menoch. *de praesumt. l. 15 praes. 17. ubi num. 6. limitat, nisi adesset aliqua violenta praesumtio in contrarium.*

Ad auth. Multò magis. Et auth. Episcopo.

QR. An clericis rectè prohibeatur matrimonium? Neg. *1. Cor. 9, 5. 1. Tim. 4. 3.* vid. Philipp. Mornæus, *lib. 2. de circumstant. & append. cult. div. & miss. c. 9. 10. 11. 12. 16.* Martin. Chemnit. *Concil. Trident. loc. de matrim.* Georg. Calixt. *tr. de Conjug. Clericor.* Rittershus. *de Differ. jur. civ. & canon. c. 20. & 21.*

Ad

Ad L. Si quis Presbyter. 20.

QR. Si clericus moriatur nullo herede relicto testamentario vel ab intestato, an bona ejus pertineant ad Ecclesiam, cujus erat clericus? Aff. *h. l.* Bocer. *dec.354. num.9.* Covarruv. *l.2. c.9. n.11.* Barbos. *h. n.3.*

Ad auth. Nunc autem.

QR. I. An testamentum, ante conditum, rumpatur per ingressum in monasterium? Neg. *h. auth. verb. si prius testatus non sit.* Nic. Reusner. *de testam. l.1. c.31. num.12.* Menoch. *6. præs. 84.* Molin. *de Inst. & Jur. tract. 2. disp. 139. num. 8.* Gutierez *quæstion. canon. lib. 2. c. 1. n. 25.* Add. notat. *ad l. 13. C. de SS. Eccles.*

Qr. II. An Monachus testamentum, ante professionem conditum, possit revocare? Neg. hic communiter interpretes Cævall. *q. 63.* Covarruv. *c. 2. d. testam. num.16.* Gutierez. *l. 2. c. 2. n. 26.* Reusner. *d. c.31. num. 19. & seqq.* Verùm cum utique alia sit ratio condendi testamenti, alia mutandi seu revocandi: atque hæc revocatio solùm consistat in reali mutatione prioris voluntatis, contraria sententia nobis magis arridet, Bartol. *in l. 1. num.5. de testam.* Jason. *in auth. ingressi. C. de Sacros. Eccles.* Guilielm. Bened. *in c. Raynutius. num. 297. de testam.* Add. Covarr. *in d. c. 2. num. 9. de testam.*

Qr. III. An Monachus possit testamentum condere? Neg. *auth. ingressi C. de Sacros. Eccl. ibiq; Dd.* Reusner. *d. c. 31. num. 2. & seqq.*

Ad L. Ad similitudinem. 21.

QR. An is, qui per substitutum munus aut servitium expedit, teneatur ob negligentiam seu factum, circa illud

illud munus servitium expediendum, commissum? Aff. *h. l. verb. periculo suarum facultatum.* Add. Kohl. *de servit. feudal. part. ult. num. 186.* Rosenthal. *c. 10. concl. 8. num. 10.*

Ad L. Si qua per calumniam. 22.

QR. An literis systaticis instructus pro tali habendus, quem istæ commendant? Aff *h. l. §. 2. add. dist. 71.* Bald. & Castrens. *in h. l.* Nicol. de Passer. *tract. de privat. scriptur. tit. d. literis commendat. 45.*

Ad auth. Nullus Episcopus.

QR. An Episcopi sint subjecti Principibus? Aff. *h. auth. verb. nisi Princeps jubeat. add. l. 25. & l. 33. c. h. t. c. de capitulis. dist. 10. c. nos si competenter. c. 2. q. 7.* Dn. Brunnemann. *in h. auth. in fin.*

Ad L. Quoniam venerabilis. 23.

QR. An hæreticorum memoria rectè damnetur? Aff. *h. l. verb. aboleatur quidem Eutychetis damnosa memoria.* vid. Tiber. Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 57. num. 15.*

Ad L. Id quod pauperibus. 24.

QR. An generaliter pauperibus relictum, valeat? Aff. *h. l.* Et tunc electio pertinet ad Episcopum loci, ubi testator domicilium habuit. Tiraquell. *de priv. piæ caus. 46.* Covarruv. *in cap. 13. num. 21. de testam.* Barry *de succ. test. & intestat. l. 2. t. 4. n. 19.* Mantic. *de conj. ultim. vol. lib. 8. tit. 5.*

Ad L. Cum clericis. 25.

QR. An, si reus habeat plura fora, electio sit actoris, ubi istum velit convenire? Aff. *per h. l. verb. volentibus*

tibus tamen actoribus, &c. Coler. de process. execut. part. 2. c. 1. num. 50. Donell. c. 19. ibid. Hilliger. lit. a.

Ad auth. Sed hodie.

QR. I. An Judices sportulas majores, quàm statutæ sunt, accipientes, sint puniendi? Aff. h. l. vers. qui contra. Gregor. Lopez l. 8. gl. 4. tit. 9. part. 2. Barbos. h. num. 3.

Qr. II. An clerici hodie sint immunes à sportulis? Neg. Dn. Richter. in h. auth. num. 4.

Ad auth. Generaliter.

QR. An hodie actor teneatur cavere de lite prosequenda? Neg. regulariter. Sichard. ad auth. offeratur. Umm. Disp. 9. th. 3. num. 10. Coler. part. 1. dec. 105. num. 2. Carpzov. P. 1. const. 5. def. 1. num. 3. Quando verò actor in primo termino non comparuerit, nec absentiam excusaverit, reus ab instantiâ absolvitur, & actori, si nimir. bona immobilia in loco judicii non possideat, injungitur, ut refundat expensas & caveat de lite prosequendâ. Coler. d. l. Ordin. Judic. Sax. Elect. tit. 10. Carpz. in process. Dn. Richter. in h. auth. Aliàs verò hodie solùm cavet, si sc. uti dictum bona immobilia non possideat, de reconventione subeundâ, & litis expensis, si succubuerit, restituendis Ludov. Gilhaus. arb. civ. c. 5. ram. 5. num. 2. Rosbach. in proc. civ. tit. 48. Carpzov. d. l. Dn. Richter. d. l.

Ad L. Decernimus. 26.

QR. An reliquiæ sanctorum sint sacris rebus accensendæ? Neg. Cassand. artic. 21. sect. de venerat. reliquiar. Grœneweg. ad l. 3. nemo martyres. C. de Sacros. Eccles.

Ad

Ad L. Quisquis emensis. 27.

QR. An post exantlatos labores & officia administrata liceat muneribus & negotiis publicis se abdicare, & vitam degere quietam ad otiumque profugere? Aff. *b. l. verb. post longi laboris lassitudinem ob reliqua vitæ requiem consilio meliore protractus.* Add. Cicero *de offic. lib.* 1. *num.* 99. Simanc. *de republ. lib.* 2. *cap.* 8. Petr. Greg. *de republ. l.* 4. *c.* 5. *num.* 4. Mornac. *in b. l.* 27.

Ad L. Nulli licere. 28.

QR. I. An legatum, quod redemtioni captivorum sine denominatione certæ personæ, est relictum, valeat? Aff. quia episcopi loci arbitrio censetur concessum, ut legata pecunia in causam expressam bene impendatur. *d. l.* §. 2. *b.* Cravett. *consl.* 3. *num.* 10. Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de pia causa. res.* 1. *num.* 4.

Qr. II. An quivis ejusmodi legatum relictum esse, quovis modo cognoscens, si forte improbâ fraudatorum calliditate, celetur, possit deferre & urgere, ut testatoris voluntas impleatur? Aff. *d. l.* 28. §. *fin.* Tiraq. *privileg. piæ causf.* 151. Barbos. *de Jur. Ecclef. univ. lib.* 3. *c.* 27. *n.* 104.

Ad auth. Licet testator.

QR. An filius moram nectens in præstando legato ad piam causam, privetur hereditate? Neg. sed actione ex testamento conveniri debet. Gothofred. *in not. b.* Non obst. (1.) *hac auth. verb. amittat lucrum.* (2.) *c. licet. d. vot.*

Ad L. Qui in monasteriis. 29.

QR. An Principis sit curare, ne simpliciorum animi in religione seducantur? Aff. *per b. l. vers. caveant.* Recgner. *b.*

Ad L. Episcopis. 30.

QR. An Princeps rectè interdicat ne temere quis excommunicetur ab Episcopis? Affer. *per h. l.* Regner. *h.*

Ad L. Si quenquam. 31. (al. 29.) Et auth. Quod pro hac causa.

QR. I. An munera pretio dato licitè ambiantur? Neg. *h.* Salycet. *in h. l.* ubi dicit, *quod mundus bene regebatur, quando hac lex servabatur.* Barbos. *in h. l. ubi num. 6. in fin.* addit. *Jam abolevit in desuetudinem, ut ad Episcopatum quis invitus eligatur, & hodiè curritur ad Ecclesiasticas curas tanquam sine curis*, contra quos Petrarcha *de remedio utriusque fortunæ lib. 1. dial. 170.* sic invehitur : *ò vertigo morum pessima! ad quod olim consueverant & deberent cogi homines, inde nunc retrahi non possunt.*

Qr. II. An rectè Pastores Ecclesiarum accipiant honorarium pro ordinatione & investiturâ, proclamatione, copulatione, deductione funerum, concionibus nuptialibus ac funebribus, administratione baptismi; absolutione, aliisve actibus? Aff. *c. 18. de Simon.* Ordin. Eccles. *Elect. Saxon. art. gen. 26.* Jul. Clar. *§. simonia. num. 2.* Joh. Wiringius *ad tit. de simon. num. 14.* Carpzov. *Jurisprud. Consistor. lib. 1. tit. 7. def. 110.* Dn. Richter. *ad h. auth. num. 11. & seqq.*

Qr. III. An præbendam vel Canonicatum citra crimen simoniæ pecuniâ seu honorario liceat comparare? Aff. cum nihil spirituale, sed proventus certi moribus nostris ita comparentur. vid. Georg. Adam. Brunner. Patruus noster magnus, p. m. *tract. de collat. honor. cap. 4. num. 358. & seqq.* Dn. Richter. *ad h. auth. num. 16 & seqq.*

Quò

Quò etiam faciunt, quæ scribit David. à Mauden JCtus & Theologus Ecclesiæ Bredanæ: *Beneficium*, ait, *non est, jus spirituale principaliter sive in se, sed potius temporale percipiendi fructus, licèt spirituale dicatur propter connexitatem, ordinem & respectum, quem habet ad spirituale &c. Seposito igitur Jure positivo Ecclesiæ (sive Canonico) ex natura sua non minus licitum est jus temporale beneficii vendere, quam fundum cui adhæret jus patronatus &c. In Prac. VII. disc. moral. 13. num. 2.*

Ad L. Orphanotrophos. 32. (al. 30.)

QR. An orphanotrophi (*h. e.* qui liberos parentibus orbatos curant) teneantur reddere rationes? Aff. Licet enim *in h. l. in fin.* ab iis dicantur immunes *vers. hujusmodi*, tamen istæ exiguntur in *N. 123. c. 23.* Carpz. *Jurispr. Consistor. l. 2. tit. 20. def. 316. n. 2. 7.* Dn. Brunnem. *h.* Joh. Heeser. *loc. comm. d. ration. redd. loc. 1. n. 1.*

Ad L. omnes, qui, al. 31.

QR. An instantia cœpta contra Laicum transeat in ejus successorem clericum ita, ut clericus forum declinare non possit, sed coram judice Laico stare cogatur? Aff. *per L. 19. de Jurisdict.* ubi Paul. de Castr. *n. 8.* Gail. *1. obs. 37. num. 8. & 9.* Berlich. *P. 1. concl. 26. n. 37.*

Ad auth. causa.

QR. An in caussis realibus ministri Ecclesiæ hodie conveniri possint coram judice seculari in foro rei sitæ? Aff. quia bona, de quibus lis est, non possident ut clerici; atque in judicio in rem, non personæ officium Ecclesiasticum, sed res ipsa, quicunque eam possideat, attenditur. Carpzov. *Jurisprud. Consistor. lib. 3. tit. 1. def. 7.*

Ad auth. Clericus, & auth. Statuimus.

QR. I. An exemtio Clericorum quoad forum sit juris humani? Aff. *per h. auth. statuimus. verb. contra constitutiones imperiales.* Covarr. *pract. quæst. c. 31. num. 2.* Molin. *de J. & Jur. tract. 2. Disp. 31. concl. 1. & 3.* Arnis. *de subl. & exemt. cleric. c. 2. & 3.* Diss. August. Barbos. *in d. auth. num. 5.*

Qr. II. An clerici privilegio fori utantur in delictis? Aff. si delicta sint Ecclesiastica vel leviora, quæ sc. in nostris terris à Consistoriis carcere, (mit dem priesterlichen Gehorsamb) mulctâ, suspensione, translatione, vel etiam remotione coercentur. Vid. Carpz. *Jurispr. Consistor. L. 3. def. 109. & seqq.* Si verò crimen fuerit atrocius, clerici (*absq. tamen solennitate peculiari*) degradantur, & criminalis causa ad judicem secularem tractanda à Consistoriis remittitur, *h. auth. clericos verb. priusquam per episcopum sacerdotio spolietur.* Gail. *d. pac. publ. lib. 1. cap. 1. num. 20.* Avian. *in prax. Ecclesiastic.* Carpzov. *d. lib. 3. def. 117. n. 5. & seqq. prax. crimin. p. 2. q. 61. n. 20.* Dn. Richter. *in auth. statuimus. num. 2.*

Qr. III. Num clerico quoad pœnam adulterii competat privilegium? Neg. sec. mores hodiernos. Coler. *dec. 176. num. 9.*

Qr. IV. An clerico etiam fustigatio adjudicetur? Aff. Etsi enim Jul. Clar. *§. fin. pract. crimin. quæst. 70.* dicat, quod nunquam viderit illam servari: contrarium tamen asserit & præjudiciis confirmat Coler. *d. l. quæst. 11. & 14.*

Ad

Ad L. Sacrosanctæ. 34. al. 32.

QR. I. An filiusfam. clericus possit de iis, quæ ratione officii acquisivit, testari, & pro arbitrio disponere? Aff. *per h. l.* quia ut quasi castrense peculium hæc possidet. Dd. *in h. l.*

Qr. II. An de aliis bonis possit testari clericus, in quibus pater habet usumfructum? Neg. Pinell. *de bon. matern. l. 1. p. 1. num. 43.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 10. num. 34.* Ascan. Clementin. *de patr. pot. effect. 2. num. 34. vers. 7. ampl.* Castill. *de usufr. lib. 2. cap. 3. numer. 45.* Gratian. *disc. forens. cap. 820. num. 14.*

Qr. III. An pater in fructibus præbendæ filii habeat usumfructum? Neg. *arg. h. l. verb. tanquam bona propria.* Quia sc. præbenda pertinet ad peculium quasi castrense. Boer. *dec. 199. num. 4.* Barbos. *h. num. 4.* Cæterum præbendas seu beneficia Ecclesiastica in nostris terris ad causam peculii castrensis non pertinere, sed instar alius proventûs cujusdam esse, filiumfam. tamen inde, quæ ad sustentationem opus habet, sibi retinere, probat Georg. Adam. Brunner. *laud. tract. de collat. bonor. c. 4. num. 307. & seqq. (ubi ad h. l. 34. latè respondet) n. 501. & seqq.*

Qr. IV. An honorarium, quod pater solvit, ut filio compararet præbendam, hic debeat conferre? Negandum hoc videtur *per h. l. verb. nunquam ad divisionem veniunt, nunquam fratribus vel sororibus vel ex his genitis conferantur. &c.* Cævall. *comm. opin. contra earum. quæst. 682.* Aloys. Ricc. *prax. rer. Ecclesiastic. dec. 504.* Gratian. *disc. for. cap. 159. n. 31.* Ast aliam rationem hodie præbendarum esse in nostris terris, & conferendum esse hoc honorarium latius deducit Idem Georg. Adam. Brunner. *d. c. 4. n. 436. 329. & seqq.*

Ad

Ad auth. Sed episcopalis.

QR. I. An Dignitas Doctoralis liberet à patriâ potestate? Neg. quia hujus dignitatis collatio nullibi inter modos solvendi patriam potestatem refertur: nec ullibi reperitur, veteres juris prudentes seu de jure respondentes patriâ potestate fuisse exemtos. Carpzov. *P. 2. c. 10. def. 4.*

Qr. II. An Consularis dignitas patriam solvat potestatem? Aff. *h. l. verb. consuaris*: non autem hoc de quovis consule accipiendum. Thom. Valasc. *allegat. jur. term. 1. alleg. 29. num. 85.* Molin. *de J. & J. tract. 2. disp. 229. num. 79. vers. octavus.*

Ad auth. Licentiam.

QR. III. An bona clericorum in dubio præsumantur acquisita ex reditibus Ecclesiæ? Aff. nisi sc. constet de tenuibus reditibus, & de bonis ac propriis clerici divitiis. *arg. h. auth. verb. quæcunque ante episcopatum probatus fuerit habuisse.* Camill. Borell. *summ. decis. tom. 1. tit. 6. num. 35.* Menoch. *de præsumt. lib. 3. præs. 51. num. 23. & præs. 53.* Covarruv. *in cap. 1. num. 10. de testam.*

Ad auth. Presbyteros.

QR. An clericorum testamenta subjaceant querelæ inofficiosi testamenti? Aff. *per h. auth. in fin. Nov. 123. cap. 19. junct. l. 1. l. 2. de inoff. testam.* §. *1. 2. 3. ult. J. eod.* Dissent. Barbos. *in h. auth. num. ult.*

Ad L. omnia privilegia. 35. (al. 33.)

QR. An successores in imperio privilegia, à prædecessoribus piis locis indulta, confirmare teneantur? Aff. Enenkel. *de privileg. lib. 2. cap. 20. n. 3.* Afflict. *dec. 17. n. 8.*

Carpz.

Carpzov. *dec. 88. num. 11.* Brunnem. *in h. l. 35.* Add. Syntagm. noſtr. feudal. *c. 7. aph. 9.*

Ad L. Vnaquæq;, 36.

QR. An Principis ſit curare, ut quælibet civitas habeat legitimos Eccleſiæ miniſtros? Aff. *per h. l.* Regner. *h.*

Ad L. Jubemus. 37. (*al.* 34.) *auth. adſcriptitios. & auth. ſi ſervus.*

QR. Si quis rem, in quâ jus pignoris habebam, me ſciente & patiente donaverit Eccleſiæ, an videar conſenſiſſe ac pignus remiſiſſe? Aff. ob favorem religionis. *arg. auth. ſi ſervus. verb. ſciente domino & non contradicente.* Neguſ. *de pignor. 3. membr. 6. part. princ. num. 23. verſ. ſecundò reſtringitur.* Tiraq. *de pia cauſ. privileg. 131.* Maſcard. *de probat. concl. 1173.* Covarr. *pract. quæſt. c. 15. n. 5.*

Ad L. Servis. 38. (*al.* 35.) *auth. Epiſcopalis. & auth. verum.*

QR. An favore piæ cauſæ domino invito jus ſuum auferri poſſit? N. *per hoſce text.* Barboſ. & all. *h.* Regn. *h.*

Ad L. Qui ſua. 39.

QR. An Princeps in caſu neceſſitatis ad collectam Eleemoſynariam pro ſuſtentandis Eccleſiæ ſcholarumque miniſtris conferendam, ſubditos cogere poſſit? Aff. Licèt enim regulariter eleemoſynæ ſponte ſint præſtandæ; *arg. h. l. 39. verb. non oportet epiſcopos cogere quosquam ad fructûs offerendos.* Attamen ſi ſubditi nullis perſuaſionibus ad volũtaria charitatis ſubſidia perſuaderi poſſint, iniquitate verò temporum, ac bellicas ob calamitates deficiant clericis ſalaria, meritò magiſtratus ad hujuſmodi collectas ſubditos poteſt compellere. vid. eleg. Dn. Frantz p. m. *tit. 2. reſol. 7.* Add. Fr. Suarez. *tr. de eleemoſyn.* Tiraq.

F *privil.*

privil. pia caus. 149. Covarr. *3. var. 14. n. 5.* Fr. Gabriel del Toro. *Thesaur. de la misericordia. c 50.*

Ad L. Monasteria. 40.

QR. An præfectus uni collegio possit etiam esse præfectus alterius? Aff. sec. usum hodiernum. Regn. *in h. l.*

Ad L. Repetitâ promulgatione. 41. (al. 36.)

QR. An clericis probrosum sit, si peritos se velint ostendere disceptationum forensium? Aff. *in fin. h.* Menoch *de arbitr. jud. quæst. 425. n. 33.* add. not. *ad l. 17. h. t.*

Ad L. Omnem adhibentes. 42. pr.

QR. An consensu Parochianorum vocandus sit Pastor? Aff *h. l. pr. verb. decretum fiat ab his, qui eam civitatem incolunt.* Vid. Carpz *Jpr. Consistor. L. 1. def. 27.*

Ad §. Convenit. 1.

Vid. not. *ad auth. multò magis.*

Ad §. De his verò. 2. & seq.

Vid. not. *ad auth. nunc autem.*

Ad §. Post mortem. 4. & seqq.

QR. 1 An administratores in solidum administrantes, in solidum quoq; pro reddendis rationibus possint conveniri, ita, ut si is, qui male administravit, non sit solvendo, reliqui ex ejus etiam facto teneantur? Aff. *arg. L. 55. pr. l. 33. §. 2. de administr. tut.* Joh. Heeser. *loc. comm. de ration. redd. loc. 2. n. 4. & seqq.* Atque sic respondimus in collegio nostro Juridico ad Consultationem Illustrissimi Ducis S. z. B. Als uns Acta in Sachen Bürgermeisters und Rathmann zu B. Klägern eines / M. Georg M. gewesenen Vorstehers der Pfarr-Kirchen und des kleinen Seel-Hauses daselbst Beklagten anders Theils / z. u. d. u. Rb. b. w. Demnach sprechen wir vor Recht; Ob wohl Beklag-

Beklagter sich vornemlich dadurch von der angestellten Klage loßzuwircken vermeinet / indem er vorgiebet/es were vielmehr klagender Rath in culpâ, daß solcher uff die von ihme beschehene denunciation Georgen G. nicht ab officio removiret/oder nach iedes Jahrs abgelegter Rechnung/ da die Tische sampt dem Geld auff das Rahthauß getragen und gebracht worden / selbst nach dem Geld gesehen und solches nachgezehlet / über dieses er auch für seine Person niemals bey dieser Verwaltung etwas mit dem Geld zehlen zu thun haben wollen. Dennoch aber und dieweil von dergleichen Kirchenvätern vornehmlich erfordert wird / ut conficiant Codicem seu librum rationum, in quo accepta & expensa conscribantur. *Dec. consil. 110. n. 8.* Beklagter aber das Geld / seinen selbst eigenen Geständnüß nach / niemahls gezehlet / atque ita deliquit, omittendo sc. id, quod facere debebat, siquidem omittendo quoque peccatur, *§. 5. Inst. d. L. Aquil. l. 31. ff. eod. l. pr. ff. d. V. O. l. 121. ff. de R. J.* weder accepta noch expensa richtig auffzeichnen können / da doch ihme gebühret nicht das geringste in reddendis rationibus zu unterlassen. Nec enim minimum quid in reddendis rationibus omittere debuisset, quo Ecclesiam de residuo vel reliquis certioré reddidisset, quippe finis reddendarum rationum præcipuus in restitutione reliquorum consistit. *l. 8. §. 1. ff. liberat. legat.* dergleichen restitutio reliquorum aber wegen der von Georgen G. beschehenen Entwendung nicht geschehen können / ferner auch Beklagten darumb / daß er nicht bessere Uffsicht uff seinen gewesenen Collegen Georg G. gehabt / eine ziemliche culpa beyzumessen; Hujusmodi autem præfecti vel Curatores ærarii de lata ac levi culpa ad instar tutorum tenentur. *Dec. ad l. 23. ff. de R. J.* Weiter auch Be-

klagter nicht im geringsten erwiesen/noch beybracht/daß er von Zehlung der Kirchen-Gelder exemt und befreyet gewesen / auch nicht einige Ursach / weßwegen er von solcher Zehlung hätte befreyet seyn sollen/anzuführen weiß / Cessante verò ratione exemtionis sive privilegii ipsum privilegium cessat. *Tiraqu. in tr. cess. causs. num. 210. Coler. de process. executiv. p. 2. c. 3. n. 192.* Schließlichen auch dergleichen Kirchen-Väter nichts anders als Vormündere und Pflegere der Kirchen seyn. Ecclesiæ enim pupillis ac minoribus æquiparantur, eorumque privilegiis gaudent *c. 1. extr. de integr. restitut. gloss. in l. 4. C. ex quib. caus. major. Gail. l. 1. obs. 30. n. 16. Hartm. Pistor. obs. 68. n. 5.* ac opinio, quæ Ecclesiis favet, in dubio apprehendenda *Wesenbec. part. 7. consil. 319. num. 42.* So ist Beklagter / seines Einwendens ungeachtet / der Pfarr-Kirchen und das darzu gehörige kleine Seel-Hauß / wegen der von Georg G. entwandten Kirchen-Geldern pro tertia parte, auch im fall die Erben nicht solvendo seyn / so dann in solidum nebenst dem aufgeschwollenenen Interesse zu contentiren/wie auch die aus der Kirchen-Cassa zu seinen Rechtfertigungen genommene 14. Thal 10. gr. 6. hell. samt denen aufgewandten Unkosten zu restituiren schuldig. V. R. W.

Qr. II. An heredes administratoris rerum Ecclesiasticarum teneantur ad rationes reddendas? Aff. *h.* § *in fin.* Vid. Fr Munn. de Escobar. *tract. de ratiocin. c. 3. n. ult.*

Qr. III. An quilibet heres administratoris teneatur in solidum reddere rationes? Aff. propter indivisibilitatem ratiocinii, sed ad solutionem reliquorum nonnisi pro partibus suis hereditariis condemnandi sunt. Christin. *vol. 3. dec. 163. n. 1. in fin.* Heeser. *d. l. n. 10.*

Qr. IV. An heres ex propriâ personâ possit actioni

de

de rationibus reddendis præscribere? Neg. cum mala fides defuncti quasi derivetur in heredem, *l. 11. C. de acq. vel amitt. poss.* & sec. jus canonicum mala fides probata omnem impediat præscriptionem. Alex. *vol. 4. cons. 99. num. 5. vol. 1. cons. 51. n. 7. vol. 2. cons. 4. n. 21. ubi hanc dicit communem opinionē.* Munn. de Escobar. *de ratiocin. c. 5. n. 27.*

Ad §. *Præterea*. 9.

Vid. not. *ad L. Si quenquam. 31.*

Ad §. *Præterea sancimus*. 10.

QR. An clerici ipsi teneantur psallere nocturna & matutina & vespertina? Ita quidem statuitur *in h.* §. *10.* verùm hodie per vicarios psallunt Canonici. vid. Barbos. *d. canonic.*

Ad L. Omnem semper. 43.

QR. An Pastoribus Ecclesiarum, absq; consensu superiorum, itinera, quibus diu absunt ab Ecclesiis suscipere liceat? Neg *h. l.* §. *1.* Grœneweg. *h.*

Ad L. Sanctissimarum. 44. *&* *L. Sacris Canonibus*. 45.

Vid. not. *ad auth. multò magis.*

Ad L. Sancimus, si quis. 46. *pr.*

QR. An legatum piæ causæ relictum valeat sine ullis testibus? Aff. modò de voluntate testatoris constet. Maul. *de ultim, vol. tit. 12. num. 6.* Reusner. *de testam. part. 4. c. 12. n. 5. & 10.* Dn. Richter. *dec. 26. n. 15. 16.* Syntagm. nostr. jur. civ. *Exerc. 32. th. 23.*

Ad §. *Si autem*. 1. *& seq.*

QR. An Episcopis incumbat cura, ut legata ad ædificationem Ecclesiarum impleantur & rectè impendantur; atque ut œconomi benè administrent. Aff. §. *1.*

2. & §. 3. verb. pessima autem administratione factâ, etiam eos expellant, & alios instituant, qui cogitent & animo concipiant magni DEI timorem, & terribilem magni & nunquam finiendi judicii diem, ad quam illos respicientes convenit omnia facere cum ad Deum coordinatâ mente. Add. *l. 49. (al. 37.) §. fin. verb. in omnibus hujusmodi casibus cœlestes iracundias sacrosanctarum rerum administratores expectent, si qualecunque lucrum ex bujusmodi gubernationibus sibimet acquisierint, vel si hoc committi ab alio consenserint, & non gravissimâ pœnâ & interminatione, quod perperam factum est, studeant corrigere.*

Ad §. Si verò negligentes. 6.

Vid. not. *ad l. 28. quæst. 2.*

Ad §. Vt autem adhuc. 7.

QR. An hæc pœna dupli etiam hodie in usu sit? N. Sed datur actio ad interesse, & pœna aliquando pro ratione circumstantiarum infligitur. Pet. Gudelin. *de Jur. noviss. lib. 3. cap. 13. n. 18.* Valer. Andr. Dessel. *ad Zæs. comm. in Inst. tit. de action. §. 19. num. 60.*

Ad §. fin.

QR. An legatis annuis, relictis Ecclesiis, possit præscribi? N. *h. §. fin. verb. nullâ temporis præscriptione opponenda ipsis, cum per unumquemque annum talis nascatur actio.* Regn. *b.*

Ad L. Sacris nostris. 47.

QR. An præfecturæ seu dignitates Ecclesiasticæ juxta senium sint concedendæ? Neg. *h. l. verb. ex virtute, non ex temporibus præfecturas tribuit. It. non omnimodo is vel ea, qui vel quæ tempore antiquior est, aut secundus secundave deinceps eligatur.*

Ad L. Sancimus neminem. 48.

Vid. not. *ad l. 42. h. t.*

Ad L. Si quis ad declinandam. 49. (al. 7.) pr. §. 1. & seqq.

Vid. not. *ad l. 24. h. t.*

Ad

Ad auth. Si captivi.

QR. I. An heres captivum, sc. apud hostes, testatorem non redimens, indignus sit hereditate, ac ista Ecclesiæ deferatur in captivorum redemtionem: Aff. *h. auth.* si nimirum non reversus fuerit. Augustin. Barbos. *h.* Christin. *v. 5. dec. 174.*

Qr. II. An etiam hoc applicari debeat ad incarceratum ob delictum? Neg. quia singulare jus ad casum, ubi non similis favor & ratio obtinet, non debet extendi. Bald. Paul. de Castro. *in h. auth.* Tiraquell. *d. LL. connub. gl. 8. n. 288.*

Ad L. Cum lege 50. (al. 38.)

Vid. not. *ad auth. presbyteros. h.*

Ad L. Si quis in conscribendo. 31. (al. 39.)

QR. An clericus possit foro suo privilegiato renunciare? De Jure civili hoc licuit *per h. l. 51.* sed jure canonico prohibetur *c. si diligenti. 12. de for. compet.* add. *c. 8. q. 1. 2.* quia visum fuit Pontifici, quod hæc renuntiatio præjudicet ordini Ecclesiastico, exemto à seculari judicio. Mornac. *in h. l.* Dn. Erasm. Ungep. p. m. *ad jus can. d. tit. num. 13.*

Ad L. Generaliter. 52. (al. 40.)

QR. I. An Pastores Ecclesiarum sint immunes à tutelâ & curâ suscipiendâ? Aff. *h. l. pr. & §. 1. verb. cum propter hos ipsum beneficium eis indulgeamus, ut aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis ministeriis inhæreant.* Add. Paul. Montan. *de tutel. cap. 35. reg. 1. n. 193.* Joh. à. Sand. *decis. Fris. lib. 2. tit. 9. def. 7.* Dn. Richter. *ad auth. Presbyteros. num. ult.*

Qr. II. An liberentur ministri Ecclesiæ à tutela ante officium delatâ & susceptâ? Aff. *arg. h. l. pr. & §. 1.* Dn. Richt. *in d. auth. num. 9. 13.* Contrarium verò judicatum esse in Senat. Frisiæ refert Joh. à Sand. *d. l. in fin.*

Ad auth. Presbyteros.

QR. An ministri Ecclesiæ, si velint tutelam vel curam suscipere, admittantur? Aff. *per h. auth.* P. Montan. *d. l. n. 195.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 57. n. 32.* Dn. Richt. *in h. auth. n. ult.*

Ad L. Sancimus neminem. 53 pr. & §. 1.

QR. An spurius fieri possit minister Ecclesiæ? Neg. *arg. h. l. § 3. c. fin. d. fil. presbyteror.* nisi natalibus sit restitutus. Gabr. Pa-læott. *de spur. cap. 57.*

Ad

Ad §. 2.

QR. An substitutio fiat irrita, quando heres gravatus, si sine liberis moriatur, ingrediatur monasterium: Ita constitutum est *in h. l. 2.* quæ tamen dispositio contra voluntatem testatoris conditionem remittit.

Ad §. 3.

QR. An matrimonium solvatur ob susceptam à conjuge vitam monasticam? Aff. *in h. §. 3.* Apud nos hoc non obtinet: quid in papatu observetur, legas apud Bellarm. *tom. 2. controv. 2. cap. 38.*

Ad L. Raptores virginum 54. (al. 41.)

QR. I. An justè concedatur parentibus & consanguineis, raptorem virginum, Deo dedicatarum, in ipsâ rapinâ & flagrante crimine deprehensum, interficere? Aff. *h. l.* Grilland *de pœn. omnif. coit. q. 10. n. 2.* Farinac. *prax. crim. q. 145. n. 13.* Decian. *tract. crim. l. 8. c. 8. n. 2. & c. 9. n. 20.* Verùm hodiè hujusmodi leges non esse in usu tradunt, sed solùm concedi raptores prehendere & ad judicem ducere. Rebuff. *ad L. gall. in proœm. gloss. 5. n. 34.* Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 20. n. 17.* Less. *de Just. & Jur. l. 2. c. 9. dub. 5.* Sanchez. *de matrim. l. 10. disp. 8. n. 37. & seqq.* Grœnevveg. *in h. l. 54.* Carpz. *defin. for. P 4. c. 10. def. 8.* Add. Tractat. nostr. *de vindict. privat. cap. 5. & cap. 8. n. 9. & seqq.*

Qr. II. An apud Confessioni Augustanæ addictos non videatur esse facinus malum, sed potius bonum commissum, quando quis virginem ex monasterio rapuit religionis vel matrimonii causâ? Ita quidem confidenter asserit Cyprian. Regn. *h.* Sed ejus sententiam haud probamus, cum nihilominus crimen raptus committatur.

Ad L. Ut non liceat. 55.

QR. An parentibus impedire liceat, quo minus liberi eorum volentes monachi aut clerici fiant? Neg. *h. l.* Bellarmin. *tom. 2. controv. 2. l. 36.* Diss. Regner. *h.*

Ad L. Deo nobis auxilium 56. pr. (al. 42. & ult.)

vid. not. *ad l. 53. h. t.*

Ad §. 1.

vid. not. *ad l. 35. §. fin.*

Ad L. Præsens lex. 57.

vid. not. *ad l. 46. § ult.*

Tit. IV.

De Episcopali Audientia, & diversis capitulis, quæ ad jus, curamq; & reverentiam pertinent Pontificalem.

Ad L. Negatiatores. 1.

QR. I. An Episcopus Jurisdictionem habeat in laicos quoad pias causas? Aff. *per h. l. verb. episcopi provideant, quibus verus cultus est, adjuvare pauperes.* Tiraquell. *priv. pia caus. 140.*

Qr. II. An tempore penuriæ seu caristiæ quis cogi possit ad venditionem annonæ? Aff. *arg. h. l. 1.* Bald. *h. num. 3.* Strach. *de mercat. in 4. part. tit. de mercat. in quib. cas. poss. exerc. num. 51.* Gratian. *disc. for. cap. 149. num. 43.* Differt. nostr. *de annon. thes. 22.*

Ad L. Si clericus ante. 2.

Qr. An pœnâ coerceri debeant, qui temere appellant? Aff. *h. l.* Marant. *de ordin. judic. P.6. tit. de appellant. num. 335.* Menoch. *de arb. jud. quæst. cas. 445.* Scacc. *de appellat. q. 2. num. 48.*

Ad L. Nemo deinceps. 3.

Qr. I. An carcerati die Paschali dimittendi simpliciter, an verò præstitâ cautione de revertendo? Posterius affirm. interpretes: quos tamen intelligo de delicto, quod (licet non sit inter excepta *h. l.* crimina) gravem aliquam pœnam meretur, vel de casu, quo damnum alius incurreret. Menoch. *l. 2. arbitr. jud. quæst. cas. 303. num. 38.* Boss. *de carcer. fideicommitt. num. 27.* Farinac. *prax. crim. part. 1. quæst. 33. n. 77.*

Qr. II. An hæc lex hodie usu servetur? Neg. Grœneweg. *h. num. 5.* adhuc tamen observandam esse putat Clar. §. *fin. quæst. 46. num. 9.*

Qr. III. An diebus etiam Paschalibus posset adhiberi tortura? Aff. per *h. l. verb. patiatur tormenta.* Tiraquell. *de pœn temper. caus. 49. num. 27.* (*ubi hunc text. appellat omnium Codicis elegantissimum*) quod tamen intelligendum est, si crimen sit enorme, & inquisitio non patiatur moram. Tiraquell. *d. l.*

Qr. IV. An remissionem & veniam habeant crimina iteratò commissa? Neg. *h. l. vers. fin. bis ergo. verb. nec in eos liberalitatis Augustæ referatur humanitas, qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius, quàm consuetudini deputaverint.* Clar. §. *fin. quæst. 59. num. 9.* Menoch. *arbitr. jud. quæst. cas. 203. num. 32.* Mascard. *de probat. concl. 838. num. 8.*

Ad L. Minæ. 4.

Qr. An cogi debeant meretrices seu prostibula, ut certo vestimenti genere utantur? Aff. *arg. h. l.* Bald. *h.* Menoch. *2. arbitr. jud. quæst. cas. 535. num. 15.* Petr. Gregor. *syntagm. jur. lib. 10. c. 2. num. 38.* Sed rectè Bened. Ægid. *tract. de privil. herest. art. 9. de meretric. num. 15.* animadvertit hoc ex lege nostrâ non probari, quia in istâ solùm prohibetur, ne monialium habitu meretrices utantur: & bene monet Dn. Brunnemann. *in h. l.* plus forte periculi subesse, si impudicæ mulieres habitu ipso sceleratum vitæ genus profiteri deberent.

Ad L. Archigerontes. 5.

Qr. An Episcopi sit curare, quò confessorius uno atque altero die vel triduo ante sententiæ executionem damna-

damnatos ad mortem visitet, ut peccata confiteantur, & ad mortem se præparent? Aff. Allegari solet (ex errore Accursii Archigerontes interpretantis Archipresbyteros vel sacerdotes, qui damnatos in metallum confitentes peccata audiebant. Vid. Cujac *l. 23. obs. 3.* Mornac. *h.*) ad hanc rem hic text. Bald. Paul. de Castr. *in h. l.* Anton. Gomez. *3. var. resol. cap. ult. num. 6.* Clar. *in* §. *fin. quæst. 97. num. 4.* vid. ordin. crimin. Carolin. *art. 79. & art. 103.* ubi bene monet Imp. die Beichtväter der Ubelthäter sollen sie nicht weisen/ was sie mit der Warheit auff sich selbst oder anderen Personen bekant haben/wieder zu leugnen: wann niemand ziemet/den Ubelthätern ihre Boßheit wider gemeinen Nutzen und frommen Leuten zum Nachtheil mit Unwarheit bedecken/und weiter Ubel stärcken zu helffen/etc. Add. Matth. Steph. *in not.* B. Carpz. *prax. crim. P. 3. q. 137. num. 37. & seqq.*

Ad L. Addictos. 6.

Qr. I An crimine læsæ majest. teneantur, qui convictos & condemnatos reos pœnæ eximunt? Ita statuit cum alleg. Barbos. *in h. l. 6. num. 11.* & Jul. Clar. §. *si quæst. 68. num. 10.* adducit *l. 4. in fin. pr. ad L. J. Jul. Maj.* Verùm hic text. loquitur de reo criminis læsæ majestatis. Rectiùs ergò arbitraria pœna in eximentem dictatur, *arg. h. l. 6. vers. sed sciat.* Gothofr. *h.* Boss. *pract. crim. tit. de captur. num. 15. & seqq.* & locus aliquando est pœnæ gladii, propter crimen fractæ pacis publicæ. Carpzov. *prax. crimin. part. 1. quæst. 35. n. 39. & seqq.* Jure Saxon. eximens eâ pœnâ afficitur, quâ afficiendus erat ipse reus. Carpzov, *d. l. num. 43.*

Qr. II. An eripere per vim liceat reum, si judex inju-

injuste procedat? Affirm. Farinac. *in prax crim. quæst. 32. num. 66. 68. & seqq.*

Ad L. Si quis ex consensu. 7.

Qr. An hodie Jurisdictio possit prorogari, ut Episcopus judicet de causâ seculari? Neg. cum nec secularis Jurisdictio rectè prorogetur, ut alius judex de causâ seculari jus dicat, quia sc. Jurisdictio hodie veluti in patrimonio est, adeoque in præjudicium ejus, cujus propria est Jurisdictio, censetur vergere, si prorogetur. Gail. *l. 1. observ. 40.* Frantzk. *lib. 1. res. 17. num. 95. & seqq.* Vinn. *de Jurisd. c. 10. num. 3. & c. 11. num. 11.*

Ad L. Episcopale. 8.

Qr. An judex Ecclesiasticus (ut & magistratus Academicus) possit implorare secularem judicem seu invocare brachium seculare, ut hic sententiam exequatur sententiam ab isto latam, & an teneatur hic exequi? Aff. per *h. l. 8. vers. per judicum.* Gail. *lib. 1. obs. 115.* Petr. Frider. *de process. lib. 2. c. 65. n. 12. & seqq.* Martin. de Fan. *tract. de Paroch. secul.* Tilem. *de Benign. observ. can. lib. 1. obs. 40.* Rol. à Valle *1. cons. 7.* Andr. Gylmann. *Symphorem. supplic. tom. 1. part. 2. tit. 5.*

Ad auth. Si quis litigantium.

Qr. I. An judex ad quem appellatum est, exsequatur latam in priori judicio sententiam, & à se confirmatam, an verò judex primæ instantiæ? Posterius Aff. *c. ut debitus. 59. verb. etsi minus. de appellat.* Cævall. *comm. contr. comm. 617. ubi attestatur esse communem practicam, quod quotiescunque confirmatur sententia, remittatur ejus executio ad judicem ordinarium, qui illam protulit.* Carpzov. *in pro-*

process. tit. 18. artic. 6. num. 65. Dn. Richter. *ad h. auth. num. 36.* Non obst. *h. auth.* verb. *si invenerit judicium rectè factum, per sententiam propriam hoc confirmat, & executioni propria tradit.* Hoc enim ita obtinet, quia Episcopus ipse, qui priorem tulit sententiam, non poterat exequi. Gothofr. *h.*

Qr. II. Quid si correcta seu reformata sit sententia prior, an executio sententiæ, à judice ad quem latæ, ad ipsum spectet? Aff. Cævall. *d. l.* Dn. Richter. *d. l. num. ult.* Aliquando tamen & hoc casu causa remittitur ad priorem judicem. Carpzov. *d. l. num. 56.*

Ad L. Judices. 9.

Qr. An incarcerati humaniter sint tractandi? Aff. *h. l. 9.* verb. *judices videant, ne his humanitas clausis per corruptos carcerum custodes negetur, victualem substantiam non habentibus faciant ministrari, &c.* Add. Bobadill. *polit. lib. 3. c. 15. num. 120. & seqq.* Cardin. Cæs. Baron. *tom. 5. annal. Eccles. A. C. 409. pag. 210.*

Ad L. Mathematicos. 10.

Qr. An Astrologi, qui de statu reipubl. Christianæ, & vitâ Imp. judicia temere faciunt, sint pœnâ digni? Aff. *arg. h. l. 10.* Barbos. *h. num. 4.* Farinac. *quæst. 20. num. 111.* Martin. Delrio. *disquis. magic. c. 3. quæst. 1.* Sixtus ab Hemminga. *tract. Astrolog. confutat.* Hujusmodi vani astrologi, qui arte suâ abutentes, admixtâ etiam quandoque magia, ex astris futuros eventus consiliorum, aliaque, quæ à providentiâ divinâ dependent, volunt prædicare, veniunt hîc nomine mathematicorum: quâ de re optimè Valentinus Gulielmus Förster. *libr. 1. cap. 16. & 17.*

& 17. scribit: *Reperias vocabula, quæ à genuina significatione nō solùm deflectunt, sed & in contrariam transeunt. Sic* Sophistæ *dicebantur olim* sapientes, sapientiæque Professores, *quemadmodum id vocabulum accipitur aliquoties in l. 6. C. de excusat. tutor. Posteà nomen in invidiam abiit, ut* Sophistæ *dicerentur, qui quæstus vel ostentationis gratiâ philosopharentur, & qui rerum scientiam venabantur non ex naturâ rei, & ex essentialibus, sed ex accidentibus & extraneis; quin & hodie Sophistæ dicuntur, qui fallacibus & contortis utuntur conclusiunculis, ut annotat Zabarella in lib. 1. poster. analyt. 2. & c. 5. &c. Absimile non multum exemplum habemus in Mathematicis. Quod quidem repetam altius. Annò DC. XIV. C. Cornelius Hispallus Prætor Edicto Chaldæos intra decimum diem abire ex urbe atq; Italia jussit Valer. Max. lib. 1. c. 3. Deinde M. Agrippa Ædilis* τὺς ἀςρολόγυς καὶ τὺς γόητας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασεν, *Anno D CC XXI. Dion. lib. 49. Postea sub Octaviano ejecti sunt Astrologi & Præstigiatores, Anno D CC LXI. Dion. lib. 49. Et vatibus interdictum est ab Augusto, ne de morte cujusquam prædicerent. Dion. lib. 56. Et Tyberius, etsi Thrasylio assiduè utebatur, ac singulis diebus vaticinia accipiebat, tamen re accuratè consideratâ, cum aliquando per somnum jussus esset, cuidam argentum dare, hominem interemit, quod intelligebat sibi per magicam artem Dæmonem immissum fuisse, reliquos omnes astrologos, magos, aut quicunq; alio quopiam modo divinationes exercerent, exteros necavit, cives extorres egit. Dion. lib. 57. Sueton. in Tib. c. 36. Et Vitellius non saltem irridebat astrologos Dion. lib. 64. Sed & Imperator factus, ut Romam venit, inprimis edicto proposito astrologos expulit ex urbe, edixitque, ut intra certum diem,*

quem ipse constituerat, ex omni Italia excederent Dion. lib. 65. Sueton. in Vitell. c. 14. Cornel. Tacit. lib. 2. Facta & de Mathematicis Magisq; Italia pellendis S. C. a, ut annotat Cornel. Tacit. lib. 2. annal. nimirum Anno 769. COSS. L. Pompon. Flacco & C. Cælio Rufo, ut habet Ulpianus in fragm. collat. leg. Mosaic. & civ. c. 15. vel ut Tacitus Tauro & Libone COSS. qui in consulatu illos proximo anno præcesserunt. Deinceps Diocletianus & Maximianus circiter annum Christi 300. constituerunt, artem mathematicam damnabilem omnino esse, & interdictam l. 2. C. de Malef. & mathem. Postea Constantinus rescripsit Anno Christi 357. Nemo auspicem consulat aut Mathematicum l. 5. C. de Malef. l. 4. C. Theod. eod. Et idem ad Taurum P. P. Anno 358. Si quis mathematicus fuerit deprehensus in comitatu meo, præsidio dignitatis cruciatus & tormenta non fugiat l. 7. C. C. Justin. & l. 6. C. Theod. de malefic. & mathem. Paulò post Valentinianus & Valens constituere Anno Christi 371. ut cessaret mathematicorum tractatus & ut qui publicè & privatim in die noctuq; deprehensus fuerit in cobibito errore versari, capitali sententia feriatur l. 8. C. Theod. de malefic. Postea iterum Honor. & Arcad. Anno 409. mathematicos, nisi parati sint codicibus erroris proprii sub oculis Episcoporum incendio concrematis, catholicæ religionis cultui fidem tradere, nunquam ad errorem præteritum redituri, non solùm urbe Roma, sed etiam omnibus civitatibus pelli decreverunt l. fin. C. Theod. de malef. Tandem Justinianus, dum hæc pleraque in Codicem suum referri voluit, approbasse videtur. Quod enim Gregorius Tholosanus lib. 18. syntagm. 8. putat, mathematicas disciplinas permissas esse, immunitateq; donatas in l. 2. C. de excus. artific. non ita facilè crediderim; quoniam ipsa allegata lex

lex Constantini est Anno 344. atq; ita ante l.5.C. de malefic. promulgata. Crediderim Contio, Cujacio, Gothofredo & aliis rectius ibi Mechanicos atque Mathematicos legi. Quid ergo? Mathematica purè simpliciterq; damnabilis & interdicta? Mathematicus indistinctè cruciatus & tormenta patiatur? capitali sententia feriatur? Absit. Scio, quod astra non sint colenda Deuteron.IV.v.19. & c. XXIX. v.26. Scio, quod Deus astra regat Hiob.XXXIIX. v.31. & seqq. Genes. I. v.14. Jud.V. v.20. Scio, quod quaerendus sit opifex Plejadum & Orionis, qui & mutat in matutinum densissimam umbram, diem nocte obtenebrat. Hamos V. v.8. Sed nolo disputationem in me derivare, quam habent hac de re Theologi, mathematiciq;. Videndum modò purè, simpliciter & indistinctè Mathematici sint expellendi, fugandi, capitaliter puniendi, vi vigoreque constitutionum Imperatoriarum? Et nolim adhuc asserere. Dixerim, mathematicam Impp. intelligere vanas quasdam, & curiosas nimium perquisitiones & observationes, ad magiam procliviores; & matematicos damnare, non mathematicos, ut distinguit hac Gregor. Tholos. lib.34.Syntagm.c.1. & intelligere impostores, liberali mathematicorum nomine adumbrantes ineptias magicas. Vultej. 1. J.R. c. 49. in fin. Nam praeterquam quod à Christianis Impp. inter maleficos & magos numerantur dd. ll. à Tacito quoque mathematici genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax appellantur lib. 1. histor. Et Valer. Maxim. d. loc. dicit, Chaldaeos levibus & ineptis ingeniis fallaci siderum interpretatione, quaestuosam mendaciis suis caliginem injicere (vel ut alii, nutrire.) Hinc & Ulpianus in fragm. leg. Mosaic. tit. 15. Interdicta est mathematicorum callida impostura, & obstinacitate persvasio. Et paulò pòst:

extat

extat SCtum, quo cavetur, ut Mathematicis, Chaldaeis ariolis & caeteris, qui similem incertum fecerunt, aqua & igni interdicatur, omniaque bona eorum publicentur. Apud Suetonium in Vitell. c. 14. junguntur cum veraculis, si lectionem Scaligeri retineamus, quae nec Laevino Torrentio displicet, quos nostro idiomate solemus dicere die Wahrsager und Ziegeiner. *Et Isidorus inter astronomiam & astrologiam distinguit: & astrologiam facit duplicem: aliam naturalem; aliam superstitiosam. Superstitiosam dicit, quam mathematici sequuntur, qui in stellis augurantur, quiq; etiam XII. coeli signa per singula animae vel corporis membra disponunt, siderumque cursu necessitates (antiquus ultra quàm secularis legit: nativitates) hominum & mores praedicere (ita rectiùs legitur quàm praedicare) conantur. Tandem ut breve faciam, haec ita leguntur de mathematicis, ut memorabat vulgus, juxta Ammian. lib. 29. vulgus verò mathematicos vocabat, quos gentilicio vocabulo Chaldaeos dicere oportebat, ut notat Gell. lib. 1 noct. attic. 9. Caeterum aruspicinam Constantini poenâ sancitâ vetuerunt. l. 3. l. 5. C. de malefic. Valentinianus autem & Imperii consortes poenam sustulerunt & aruspicinam exerceri permiserunt l. 9. C. Theod. de malefic. Haec tamen Valentiniani constitutio manifestis Imperii & Principum constitutionibus sublata est, & revocata poena gladii, quemadmodum docuit pater observandissimus in praelect. de jurisdict. c. 3. in lege Romuli 1. Videatur de aliis ad hanc rem facientibus Muret. lib. 15. var. lect. c. 6. Alphons. Alvarez. de jur. pontific. c. 60. M. Anton. Delrio in Disquisit. Magic. Videantur etiam LL. Franciae lib. 1. c. 18. & c. 62. & lib. 4. c. 46.*

Gemina his tradit Claudius Salmasius: *Cum observatio siderum fieri coepta est ad praedicendum de motu eorum*

& positu, quid cuiq; genito tota vita esset eventurum, jam dudum illa ipsa sidera Deos esse imbiberat communium Philosophorum & populorum sententia. Tanto igitur facilius fuit hoc genus divinationis, quasi certissimum vulgo persvadere, quia ab iis, qui Dii summo omnium consensu putarentur, proficisci crederetur, atq; eorum decretis perfici. Ut autem cum tali Theologia gentium homini Christiano nihil rei esse potest, nisi velit pro idololatra haberi, ita neq; cum ipsa eorum Astrologia, quia eadem utriusque scientiæ principia, nempe astrorum θεότης. Meritò itaq; à Principibus Christianis severis edictis coërciti sunt, eorumq; ars & professio interdicta, ipsiq; cum iis quos maleficos vulgus appellabat Imperatorum Legibus nominati, in Titulo Codicis de maleficiis & Mathematicis & cœteris similibus. Certum est autem Mathematicos Græcis Latinisq; auctoribus propriè tum vocari solitos γενεθλιακοὺς & Astrologos, qui & Chaldæi nomine nationis dicebantur. Et sic vocantur lege Constantis eodem Titulo 5. Chaldæi & Magi, & cœteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat. Quid mirum de Christianis Imperatoribus, tale hominum genus ab his fuisse damnatum, cum ipsi etiam gentiles Principes non magis eis faverint. Ne de cœteris dicam, Diocletianus eodem Titulo artem Mathematicam damnabilem esse pronunciat, & interdictam omninò esse vult. Si primi Christiani Theatra & Amphitheatra & circos non aliò magis nomine improbarunt, quàm quod loca in quibus spectacula ejusmodi celebrabantur, Diis essent dedicata, & sacrificia in his fierent; quanto majore cum ratione Astrologorum ars ab his rejici & reprobari debuit, quæ tota Deorum est, nec minus profana est & idololatrica quam ipsorum Theologia? Certè & canone Laodiceno

vetan-

vetantur in ordinem Ecclesiasticum recipi cum Magis & incantatoribus μαθηματικοὶ ἢ ἀστρολόγοι. Nec minorum quidem ordinum in Ecclesia compotes, qui Clerici tum vulgo vocabantur, Mathematicæ aut Astrologiæ operam dare vult ea Synodus, &c.

Primis tamen Judæis æque in vetitis hæc ars fuit, quam præstigiatorum, incantatorum, augurum, hariolorum, magorum & eorum qui νεκρομάντεις dicebantur. Maimonides parte 3. cap. 29. More Nevochim, docet recte ea ex imaginum specie, quæ in astris formatæ sunt & figuratæ, & a Chaldæis Zabiisque pro diis habitæ & cultæ, processisse sententias illas a quibus artes supradictæ factæ sunt. Ne Philosopho quidem hæc scientia posset probari, naturæ perito, tum ejus principia nulla naturali ratione videantur niti. Sed nec verò alicui ac genuino Astrologo & Astricarum rationum prudenti queat arridere, cum plures olim extiterint in siderum scientia exercitatissimi, qui eam repudiarint & exploserint. Eudoxus in Astrologia hominum suæ ætatis, & omnium judicio facile Princeps Chaldæis in prædictione & in notatione cujusque vitæ & naturali hora minime esse credendum scripsit, teste Cicerone. Idem auctor est Danatium Astrologorum prædicta rejecisse, item Archelaum & Cassandrum summos Astrologos illius ætatis. Scylax etiam Halicarnassæus familiaris Panætii & Astrologia excellens, totum hoc Astrologicum prædicendi genus improbavit. Inter Chaldæos ipsos qui sapientia eminebant, & in Astronomiæ studio excellebant, genethliacas prædictiones adeo repudiare quasi nullas aut vanas soliti erant, ut in gregem suum recipere abnuerent qui ἀπὸ γενεθλιαλογικῆς Astrologicæ studium profitebantur, ut testatur Strabo lib. 15. insigni hoc loco Philosophis illis quibus Chaldæis nomen fuit. ἀφώρισο ἢ ἐν τῇ Βαβυλῶνι κατοικία τοῖς ἐπιχωρίοις φιλοσό-

φοις τοῖς Χαλδαίοις προσαγορευομένοις περὶ ἀστρονομίαν τὸ πλέον. προσποιοῦνται δὲ τινες καὶ γενεθλιαλογεῖν, οὓς οὐ καταδέχονται οἱ ἕτεροι. *Deputata est habitatio peculiaris in Babylonia Philosophis indignis, qui Chaldæi appellantur, Astronomiæ studio ut plurimum deditis. Sunt in his qui ex natali hora hominum fata prædicere posse profitentur, quos alteri in consortium cœtus sui non admittunt. Si illi etiam qui potuerunt credere astra Deos esse, ut certum est à Chaldæis stellas pro diis adoratas, hanc scientiam ut vanam repudiarunt; quid facere debent, quibus sidera sunt sidera non Dii. At qui si his divinitatem abstuleris, nihil superest unde veritatem ejusmodi effectuum, qui illis tribuuntur, & potestatis fidem planè divina possis adstruere. Diatrib. de ann. Climacter. & antiq. Astrolog.* Add. tractatio nostr. *de vindict. privat. cap. 3. aphor. 9. num. 2.*

Ad L. Christianos. 11.

Qr. An capti ab hostibus redeuntes gaudeant beneficio restitutionis in integrum? Affirm. *per l. 1. ex quib. caus. man.* Sfort. Odd. *de restitut. quæst. 7. art. 6. 7. 8.*

Ad L. si lenones. 12.

Qr. An Pater vel dominus, qui prostituit filias vel ancillas, earum potestate privetur? Aff. *arg. h. l.* Menoch. *lib. 2. cas. 534. num. 6.* Farinac. *quæst. 144. numer. 53.* Molin. *de Just. & Jur. tract. 2. disp. 39. vers. tertius. & disp. 229. num. 14.*

Ad L. Decernimus. 13.

Qr. I. Quæ hodie Juris Episcopalis sint capita & ad quos spectent? Constitui sec. jus Canonicum hæc solent. I. Ordo, ad quem refertur potestas publicè docendi & prædi-

prædicandi verbum Dei, administrandi Sacramenta; potestas clavium, ordinatio ministrorum; & hæc, quæ ordinis sunt ad ipsos ministros Ecclesiasticos spectant. II. Lex Diœcesana, quæ consistit in subjectione ac reverentià, quam omnes in diœcesi Episcopo præstare tenentur: it. in administratione bonorum Ecclesiasticorum. III. Jurisdictio seu episcopalis audientia, ad quam pertinet cognitio de causis Ecclesiasticis; it. pœnæ Ecclesiasticæ, ut suspensio clericorum & depositio, atque restitutio eorum; excommunicatio Parochianorum; dispensatio in gradibus prohibitis; Denique IV. status & dignitas Episcopalis, quæ consistit in privilegiis, immunitatibus, ac juribus Episcoporum. Atque hæc tria posteriora ad ipsos Principes seculares in nostris terris pertinent, qui Legem Diœcesanum & Jurisdictionem Ecclesiasticam exercent per Consistoria. vid. Laur. Ohm. *tract. de jur. Episcop.* add. *Exerc. nostr. Feud. VI. aphor. 17.*

Qr. II. An Episcopalis audientia seu Jurisdictio Episcopalis recte in nostris terris exerceatur ab ipsis Principibus secularibus per Consistoria? Aff. quia ad jura Majestatis & regalia etiam pertinet cura & Jurisdictio circa personas, causas & res Ecclesiasticas, adeoque non à Pontifice & Episcopis potestati seculari exemptis, sed ab Episcopis, Superintendentibus, & aliis Consiliariis à potestate seculari dependentibus illa cura expedienda est. Atq; inde in Pacificat. Passaviensi Jurisdictio Pontificis & Episcoporum Pontificiorum in nostris terris suspensa, & concessum est, ut per ipsos Principes nostros hæc exerceatur. Vid. Heinr. Andr. Cran. *de Pac. relig. in Imper.*

Rom. part. 1. q. 6. & novissimè jus Episcopale modernum exponit Joh. Sithman. *in Idea Juris Episcop.*

Qr. III. An etiam Civitatibus quibusdam, quæ non sunt Imperiales sive status Imperii competat Jurisdictio Ecclesiastica? Aff. Quædam enim civitates, quæ solùm certa ratione i. e. certis pactis & conditionibus Principis agnoscunt superioritatem, religionem Lutheranam ante amplexæ sunt, quam ipsi Principes eorumq; subditi, indeque ejusmodi civitates ab illo statim tempore Episcoporum Pontificiorum Jurisdictionem & audientiam non amplius agnoverunt, sed per Consistoria propria Jurisdictionem Ecclesiasticam exercuerunt, adeoque ita vel præscriptione vel ex privilegiis etiam deinceps exercent. Conf. Cranius *d. dissert. part. 2. aph. 9.*

Qr. IV. An causæ matrimoniales referendæ ad Jurisdictionem Ecclesiasticam? Ita fert usus ex Jure Canon. deductus: & nihil absurdi continet; Cum enim matrimonium singulariter divinitùs sit institutum & ex primæva institutione talis sit conjunctio, quam homo separare nequit, merito lis super causa matrimoniali ad Ecclesiasticam Jurisdictionem refertur. add. Sithm. *d. tr. c. 13. num. 88.* Unde nec ad Cameram per appellationem devolvi potest. Decis. Camer *verb. Matrimonium.*

Ad L. Nemo. 15.

Qr. I. An in Academ â Augustanæ Confessioni addictâ, creari etiam posit Doctor juris is, qui Pontificiæ vel Calvinianæ religioni est deditus? Aff. quia in hujusmodi civilibus hæc diversitas religionum in republ. nostrâ non attenditur. Instr. Pac. Osnabrug. *art. 7. init.* (*conf. vers. fin.* Aber die Consistoriales, Kirchen Visitatores,

res Professores in Schulen/in der Theologie und Philosophie sollen einerley religion zugethan seyn/ &c.) Neque jurejurando Doctorali religionis jusjurandum insertum esse solet.

Qr. II. An advocati diversæ religionis admittantur? Neg. de advocatis ordinariis in territoriis ubi una viget religio. *l. ult. C. de postul.* Barbos. *in h. l. 15.* Add Jac. Bouric. *tract. de advocat. cap. 3.* Sic etiam juramento advocatorum, in Curia Saxonicâ Provinciali constitutorum, insertum est: Ich schwere/ als die Herren Hertzoge zu Sachsen/&c. mich zum Advocaten und Redner verordnet haben/daß ich bey der reinen Lehre und Christlichen Bekäntnüs dieser Lande/ wie dieselben in der ersten ungeenderten Augspurgischen Confession und dero Apologia begriffen/ in den Schmalkaldischen Articuln / beyden Catechismis Lutheri, und Christlichen Concordien-Buch widerholet ist/beständig ohn einigen Falsch verbleiben und verharren/ darwider nichts heimlich oder öffentlich practiciren / auch wo ich vermercke/daß andere solches thun wolten/dasselbige nicht verhalten/ sondern ohne scheu bald offenbaren; Wo auch GOtt verhengen möchte (das Er doch gnädig abwenden wolte) daß ich selbsten durch Menschen Witz uñ Wahn/ von solcher reiner Lehre und Erkäntnüs Gottes/ entweder zu den Papisten/Calvinisten/oder andern reiner Confession widrigen Secten wenden würde/ solches meinen gnädigen Fürsten und Herren alsobalden anmelden/und Ihrer Fürstl. Gnaden fernerer Verordnung und resolution hierinnen folgen wil. &c. Hoffgerichtsordn. c. 6. Non obst. *arg. d. vers. fin. verb. Professores* in der *Theologie* und *Philosophie*.

Ad L. Si legibus. 16.

Qr. I. An sponsalia dissolvi possint propter religionis diver-

diversitatem, si altera pars ignoraverit? Aff. *arg. b. l.* Brunnem. *b.* Regener. *b.*

Qr. II. An ignorantia hujusmodi præsumatur, & alteri parti incumbat probatio scientiæ? *per b. l. verb. Si quidem probatum fuerit ante mulierem hoc cognovisse.* Menoch. *de præsumtion. lib. 6. præsumt. 23. num. 51.* Mascard. *de probat. concl. 879. n. 1. & 2. & concl. 880. num. 3.*

Qr. III. An matrimonium ob diversitatem religionis posteà cognitam licitè dissolvatur? Neg. B. Gerhard. *de Conjug. §. 378. & seqq.* Add. Carpz. *lib. 2. Jurispr. Consistor. Tit. 11. def. 6.*

Ad L. Electione. 17. & L. Milites. 18.

Qr. I. An singularis cura annonæ impendenda sit in bene constitutâ republ.? Aff. *b. l. 17. & 18.* Vid. Dissert. nostr. *de annon.* Samuel. Petit. *ad L. Attic. fol. 385.* Salmas. *Histor. august. fol. 373.*

Qr. II. An prohibendi sint pagani furnicarii advehere panes civitatibus? Neg. regulariter. *arg. b. l. 18. ex ejus regionis agricolis.* Vid. Carpz. *lib. 1. resp. 41.* nisi obstet statutum & privilegium speciale. Carpz. *d. l.*

Ad L. Jubemus. 19. al. 17.

Qr. An bene clerici adhibeantur, si juramentum præstandum sit? Aff. *b. l.* quoniam sc. illi optimè censentur admonitionibus suis efficere posse, ut quis conscientiam suam exactius examinet. Brunn. *b.* Ita aliquando pronunciatur, quod ille, cui juramentum purgationis imponitur, prius admonendus sit de pœnâ perjurii, daß er mit Zuziehung der Geistlichen vor der schweren Straffe des Meineydes ernstlich zu verwarnen.

Ad auth. Præsides.

Qr. I. An electus ad munus Senatoris id declinare possit? Neg. nisi justas habeat excusationis causas. *b. auth. verb. nulli liceat defensoris ordinationem declinare.* Barbos. *b.* Regner. *b.*

Qr. II. An in honoribus publicis deferendis nobilitatis & opum habenda sit ratio? Aff. Andr. Tiraquell. *de nobilitat. c. 20. n. 1. per hanc auth. verb. nobiliores civiliores civitatis.* quod admittimus aliis requisitis concurrentibus, & nisi vel Reip. status, vel aliæ circumstantiæ aliud postulent.

Ad auth. statuimus.

Qr. An rectè à Rectoribus seu Præsidibus & Præfectis provinciarum juramentum exigatur, quod studere debeant, hæreticos pro viribus suis exterminare? Aff. *b. auth.* vid. P. Gregor. *Syntagm. jur. lib. 33. c. 9. n. 1. 2.*

Ad L. Nemo militet. 20.

Qr. An juramentum religionis sit exigendum à militibus? Olim id observatum fuisse patet ex hâc *l. 20.* Add. Cuj. *paratitl. b. t.* ibique Fabrot. *not.* verb. *ad Reip. curam vel administrationem*, ubi adducit locum ex Cedreno: ἐθέσπισεν ὁ βασιλεὺς ὥστε μὴ πολιτεύεσθαι τοὺς ἑλληνίζοντας μήτε τοὺς αἱρετικοὺς, εἰ μὴ μόνους τοὺς ὀρθοδόξους Χριστιανοὺς, δοὺς αὐτοῖς καὶ προθεσμίαν ἕως μηνῶν τριῶν πρὸς ἐπιστροφήν. Quæ Anastas. Bibliothecarius ita reddit; *Justinianus Imperator promulgavit legem, ne militarent pagani, nec hæretici, nisi soli orthodoxi Christiani, dans iis & inducias usque ad menses tres, ad conversionem.*

Ad L. Si præsens. 21. *al.* 18.

Qr. An exceptio non numeratæ pecuniæ etiam per

modum actionis seu querelæ à debitore possit proponi? Aff. per *h. l. verb. denunciationem cuidam non numeratæ pecuniæ mittere.* Card. Mantic. *de tac. & ambig. convent. tom. 2. lib. 18. tit. 2. num. 14.*

Ad L. Neminem volumus. 22.

Qr. An hodie Pastoribus Ecclesiarum incumbat, captivos visitare, & diligenter inquirere causam, ob quam detineantur? Neg. Regn. *h.* vocati tamen merito eos invisunt. Add. *notat. l. 5. h. t.*

Ad L. Privatos carceres. 23.

Vid. notat. *ad tit. Cod. de privat. carcer.*

Ad L. Nemini licere. 24. al. 19.

Qr. I. An educatio infantis expositi tribuat nutrienti jus succedendi in bona hujus infantis? Neg. per *h. l. verb. in posteritatem suam, vel extraneos heredes omnia, quæ habuerint, transmittunt.* Barbos. *h.*

Qr. II. Ad quem infantium expositorum, quorum sc. parentes & cognati ignorantur, cura pertineat? Ad eum, qui habet merum imperium. Martin. Coler. *de alim. lib. 1. cap. 17. num. 41.* Matth. Stephan. *ad Nov. 153.* Carpzov. *prax. crim. part. 1. quæst. 10. num. 25. & seqq.*

Ad L. Quæ de aleis. 25.

Vid. notat. *ad tit. Cod. de aleator. & alear. lus.*

Ad L. De his quæ singulis.

Qr. An pœnam incurrat Pastor Ecclesiæ, si in officio elenchtico sit negligens? Aff. *arg. h. l. §. 1. in fin. verb. si verò in eâ re episcopus negligens fuerit, habebit & Dominum DEum nostrum infensum & imperialem vindictam expectabit, si ea SERVILI SILENTIO, sacerdotaliq; licentiâ indi-*

gno,

gno præterierit, Add. Carpz. *Jurispr. Consistor. lib. 1. tit. 5. def. 66. & 67.*

Ad §. 2. & seqq.

Vid. notat. *ad tit. C. de defensor. civit.* it. *d. aquæductib.*

Ad L. De creationibus. 27. al. 20.

Qr. I. An filia furiosi possit nuptias contrahere, eique dos à curatore parentis sec. qualitatem personarum constitui? Aff. *h. l.* Add. Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. convention. lib. 12. tit. 21. num. 4. vers. tertio.*

Qr. II An pater teneatur dotare filiam, quæ indigno (cui sc. sine dedecore jungi non poterat) nupsit? Aff. *arg. h. l* Tiraquell. *de nobilit. cap. 20. num. 176.*

Qr. III An Notarius pro confecto instrumento à paupere salarium rectè postulet? Neg. *arg. h. l. verb. gratis omnia procedant: ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento prægravetur.* Covarr. *Pract. quæstion. cap. 6. num. 4.* Camill. Borell. *tom. 1. dec. 66. num. 77.* Cornel. Benincas. *de paupertat. spec. 1. in judic. num. 14.* Sebastian. Medic. *de casib. fortuit. part. 2. quæst. 4. n. 11.*

Ad auth. Liberi.

Qr. An liberis, qui furiosorum parentum curam negligunt, tanquam indignis auferatur hereditas, & fisco applicetur? Aff. *arg. h. auth. junct. l. 3. de his, quæ ut indign.* Molin. *de J. & J. Tract. 2. Diss. 176. num. 31.* M. Anton. Peregrin. *de Jur. fisc. lib. 4. tit. 3. num. 17.* Franc. Barr. *de succ. testat. & intestat. lib. 1. tit. 9. num. 4.*

Ad L. Sancimus, ut nemo. 29.

Vid. notat. *ad Decernimus. 13. C. h. t.*

Ad L. *Sancimus in curationibus*. 30.

Vid. not. *ad Tit. C. Qui dar. tut. vel. curat. poss.*

Ad L. *Sancimus, ut si quando*. 31. (*al.* 22. & *ult.*)

Vid. notat. *ad l.* 2. *C. de annal. exception.*

Ad L. *Differente*. 32.

Vid. notat. *ad l.* 2. *C. de Jur. emphyteut.*

Ad L. *Sacram*. 33.

Qr. An licitum sit comœdias vel tragœdias agere? Aff. Magistratui tamen incumbit inspectio, ne abusus committatur. Regner. *ad h. l.* Add. notat. *ad tit. C. de spectat. & scen.* Conf. *l. seq.* 34. §. 1. *in fin. verb. ut abrenuncient adversarii dæmonis cultui & omnibus pompis, ejus quarum non minima pars talia spectacula fiunt.*

Ad L. *certissime*. 34.

Qr. I. An ministri Ecclesiæ vinariam & cerevisiariam tabernam ingredi prohibeantur? Aff. *c. nulli.* 3. & *c.* 7. *dist.* 44. Add. 1. *Timoth.* 3. 2. 1. *ad Tit. v.* 6. & *seqq. h. l.* 34. *pr. verb. Sacerdotum puritas & decus: It. Si enim prætulerint vitam honestam & undique irreprehensibilem; & reliquum populum instruxerint, ut hic ad illorum honestatem respiciens, multis peccatis abstineat & c. conf.* §. §. *seqq.*

Qr. II. An ministris Ecclesiæ tabernam vinariam vel cerevisiariam erigere liceat? Neg. *d. c. nulli dist.* 44. Carpzov. Jurisprud. Consistor. *Lib.* 1. *tit.* 5. *defin.* 65. vinum tamen, quod ex vineis ipsorum provenit, distrahere ipsis merito permittitur, Carpzov. *d. l. num.* 8. & 9.

Tit. V.

Tit. V.

De Hæreticis & Manichæis, & Samaritis.

Ad L. Privilegia. 1.

QR. An rectè Princeps Imperii, Lutheranæ religoni seu Augustanæ confessioni addictus, non toleret Pontificios in suo territorio? Aff. non quidem juxta fundamentum *h. l. 1.* quod scil. hæretici non gaudeant privilegiis orthodoxæ religioni indultis, (cum utraque religio in imperio in genere sit permissa: hactenus sc. quod quis propter diversitatem religionis non sit incapax jurium; & non possit puniri ut hæreticus: & quod ubi utraque recepta est, utraque sit permittenda, & concives sive hujus, sive alterius religionis æquali fruantur jure,) sed, quod Princeps, in cujus territorio solùm viget religio Lutherana, non teneatur, vi Superiotatis territorialis, tolerare subditos, qui alii religioni sunt addicti: & vice versâ. Pacificat. Osnabrug. *art. V. §. 13. & §. 12. vers.* Da aber ein Unterthan. *& vers. seq.* Es ist aber verglichen/ nisi specialia adsint pacta vel privilegia. *d. §. 13. vers.* Was aber die Graffen *& d. art. VII. vers.* Jedoch allezeit mit Vorbehalt der Ständen/ so man Protestirende nennet/ so woln unter sich/ als mit ihren Unterthanen/ getroffenen Vergleichs/habenden Privilegien/Reversen/und anderen/ in welchen von der Religion und deren Exercitio, auch dannenhero entstehenden Zufällen/ eines und andern Orts Land-Ständen und Unterthanen bißhero Vorsehung geschehen ist/wie auch eines ieden Gewissens-Freyheit.

Ad auth. Item privilegium.

Qr. An privilegium dotis etiam in nostris terris competat uxoribus seu viduis earumvè heredibus Pontificiæ seu reformatæ religioni addictis? Aff Pacif. Osnabrug. *d. art. V. & VII.*

Ad L. Omnes vetitæ. 2.

Qr. I. An Lutherani quoad actus civiles pro hæreticis æstimare debeant Pontificios? Neg. & multo minus Pontificii Lutheranos pro hæreticis habere debent: quia utraque religio in Republ. Romana concessa est, juxta pacific. Passaviens. Noviori pacificat. Osnabrug. conformatam *art. V. init.* add *§. 12. vers.* Es ist aber beliebet worden. Sic Leopoldus Imp. augustus statim sub finem *art. I.* Capitulationis Lutheranæ non minus ac Pontificiæ religioni protectionem pollicetur: verb. Ihre (scil. des Chur-Fürsten zu Sachsen / Brandenburg und Pfaltz) Religionsverwandte gleichen Schutz gehalten und geleistet werden soll/&c. Cujusmodi Clausulam prioribus capitulationibus ibi haud insertam reperies. vid. Cran. *d. Differt. pag. 2. probl. 6. item probl. 2.* Just. Mejer. *in quæstion. contra Schoppium, Sintne Protestantes jure Cæsareo hæretici.*

Qr. II. An Calviniani quoad actus civiles pro hæreticis habendi? Id ante hac valde in controversiam vocatum, ut legere est apud Cran. *dict. probl. 13.* sed jam laudata pacificatione Osnabrug. decisum. *art. VI.* his verbis: Es ist auch von Röm. Käyserl. Majest. und sämbtlichen Reichs-Ständen einmüthig placitirt worden / daß alles / was Rechtens oder Wohlthatens / so wohl alle

Reichs-

Reichs-Constitutiones als Religions-Fride dieser Gemeine vortragen/ und in solchen die Hinlegungen der gravaminum allen Catholischs-und Augspurgischen Confessions Verwandten/ Ständen und Unterthanen zueignen/ solches auch die jenigen / welche die Reformirte genennet werden zustehen sollen. Add. Heig. *l. 1. quæst. 11.*

Ad L. Cuncti hæretici. 3.

Vid. notat. *ad l. 1. C. de Summ. Trinit.*

Ad L. Manichæos. 4.

An hæretici (vere ita dicti) habeant contractuum communionem; it. testamenti factionem in republ. activam & passivam? Neg. *h. l.* vid. Decian. *lib. 5. cap. 44. num. 7.* & latè Farinac. *de heresi. quæst. 190. part. 7. num. 74. & seqq.* Schneidew. *ad §. fin. num. 7. J. de test. fac. poss.* Reusner. *de testam. part. c. 46.* Add. *notat. ad l. 23. C. de episcop. & cleric.*

Ad auth. Si vero.

Qr. I. An cognitio super crimine hæreseos competat Principibus? Aff. *arg. h. auth. verb. Si dominus temporalis.* Add. Carpzov. *pract. crimin. Part. 3. quæst. 110. num. 88.*

Qr. II. An vasallus, si terram suam purgare neglexerit ab hæreticâ pravitate, sit feudo privandus? Aff. *h. auth.* Carrer. *tract. de haretic. num. 175.* Farinac. *de heres. quæst. 182. §. 2. num. 15. & seqq.*

Ad L. Ariani. 5.

Qr. An hæretici sint ultimo supplicio afficiendi? Neg. sed sunt admonendi & informandi, ut desistant, ab erroribus: si verò dogmata sua pertinaciter retineant, alios-

aliosque doceant, excommunicandi, & exillo plectendi sunt; *b. l. 5. auth. Gazaros. b. t.* Gerh. *in loc. de magistrat. Polit. n. 317. & seqq.* Balduin. *in disput. de haret. non aufer.* Carpzov. *part. 1. pract. crim. q. 44. n. 20. & seqq.* nisi fuerint seditiosi & blasphemi; his enim capitis pœnam decernendam esse, statuunt & Theologi & JCti. Gerhard. *d. l.* Matth. Col. *part. 1. decis. 177.* Carpz. *d. l. n. 42.* Conf. *b. l. 5. verb. qui ad imam usq; scelerum nequitiam pervenerunt Manichai, de civitatibus pellendi, ultimo supplicio tradendi.* Sic Sanctus Basilius, *homil. 11. in hexaem.* dicit: βδελυκτὴ τῶν μανιχαίων αἱρέσις. Et hæc Georgio Syncello πανέλεθρος ἀπώλεια *exitialis perditio* vocatur. Item Anastasius Biblioth. *in histor. Eccles. Leo I. serm. 6. de jejunio decimi mensis* scribit: *Arcem sibi in Manichaorum struxit insania, & latissimam in eis aulam, in qvâ se exultantius jactaret, invenit: ubi non unius pravitatis speciem, sed omnium simul errorum impietatumq; generaliter possideret. Quod enim in paganis prophanum, quod in Judais carnalibus cæcum, quod in secretis magica artis illicitum: quod deniq; in omnibus haresibus sacrilegum, atq; blasphemum est, hoc in istos quasi in sentinam quandam cum omnium sordium concretione confluxit, &c.* Et Petrus Siculus *Manichaorum haresin* αἰσχρουργὸν *spurcissimam* vocat *in histor. hæres. Manichaor.* Non itaq; mirum, quod Impp. Theodosius & Valentinianus præ aliis ultimum suppliciũ pertinacibus & pœnam proscriptionis contemnentibus Manichæis decernant *b. l. 5.* Nec opus est aliorum explicationibus, quas recenset Carpz. *d. l. n. 36. & seqq.* Conf. hâc de re eleganter differentem Justum Meierum *d. tract. ad l. 8. C. b. tit. n. 34. p. 136. & penult. seqq.*

Ad L. Damnato. 6.

Qr. An ex eo, quod quis hæreticorum libros habeat, quibus illi hæreses suas defendunt, suspicio hæreseos præbeatur? Aff. *per h. l. §. 1.* nisi alius finis ostendatur. Mascard. *d. probat. concl. 746. num. 10. & concl. 863.* Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. quæst. cas. 374. n. 12.*

Ad L. Curiales. 7.

Qr. An à munere oneroso quis ob hæresin pellatur? Neg. *h. l. 7.* Barbos. *h.*

Ad L. Quicunq; 8. pr.

Qr. I. An is demum sec. jus nostrū sit hæreticus, qui contradicit Symbolo sacrosancto seu Apostolico; & hoc uberius explicanti Nicæno, & Athanasiano: vel non credit, quod in quatuor Conciliis œcumenicis (*de quibus v. not. ad l. 7. C. de Sum. Trin. quæst. 2.*) juxta sacram scripturam est approbatum? Aff. *per h. l. 8.* Vid. latiùs Meier. *d. tract.* Non obst. *l. 2. verb. qui vel levi argumento à judicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerunt deviare C. h. t.* Vid. Matth. Stephan. *ad hunc tit. 7. num. 7. & seqq.*

Qr. II. An in rep. Christianâ rectè tolerentur diversæ religiones? optandum quidem esset, omnes vivere in pacatâ republ., in quâ nonnisi una eaque vera floreret religio: cum autem sæpius sit ferendum, quod mutari nequit, ideo Princeps in suo territorio, urgente necessitate, diversas religiones salvâ conscientiâ tolerare potest. Conf. *1. Sam. 8. Deut. 3. 29. Matth. 13, 25. 1. Cor. 11. 19.* Add. Pacif. Osnabrug. *art. V. num. 12. vers.* Es ist auch. Vid. Meier. *d. tract.* Dn. Gasp. Erasm. Brochmand. *Syst. Theol. artic. de Magistr. pol. cap. 2. quæst. 4.*

Qr. III. An Princeps juramentum religionis à subditis suis non modò bonâ conscientiâ exigere possit, sed etiam ex officio debeat? Aff. quia hoc facit ad præcavendum, ne falsa religio irrepat in rempubl. Conf. *Deut. 29. 10. Job. 24. 25. 2. Paral. 15, 14. 2. Reg. 11, 17. 2. Paral. 23, 16. Nehem. 10, 29.* Add. notat. *ad l. 15. quæst. 2. hoc tit.* Brochmand. *d. System. artic. 2. cap. 2. sect. 3.*

Ad §. 1. 2. 3. & 4.

Vid. notat. *ad L. 5. & C. h. tit.*

Ad §. *ult.*

An libri hæreticorum sint concremandi? Aff. de ipsis libris, quibus falsa dogmata cum sacris literis pugnantia, docentur. *h. l. 8. §. fin. verb. libri incendio concrementur.* Conf. *Actor. 19, 19.* Add. Brochmand. *d. cap. 2. quæst. 4.*

Ad L. Humanum. 9.

Qr. I. An hæreticis sit concedenda honesta sepultura? Neg. *Jerem. 16. 4. 3. Reg. 21, 23. 24. 4. Reg. 9. 33-3. 1 eg. 14, 11. Jerem. 22, 17.* Add Carpzov. *Lib. 2. Jurispr. Consistor. Tit. 24. def. 381.* Brochmand. *d. System. art. 44. c. 2. cas. consc. 8.* Sepeliendi tamen sunt *h. l. 9.* sed in loco separato: Carpz. *d. l.* quamvis *in h. l.* permittatur eos sepeliri in legitimis h. e. familiaribus s. gentilitiis sepulcris. Add. Medic. *de sepult. quæst. 11.* Finckelthaus. *de Jur. sepultur.* Christin. *vol. 1. vol. 194. & seqq.* Molin. *de Just. & Jur. p. 2. disp. 214.*

Qr. II. An Pontificius vel Calvinianus in nostris terris moriens honestè sit sepeliendus? Aff. Ordin. Ecclesiast. *art. gen. 15. §.* Alle Todten. temperatis tamen pro ratione circumstantiarum ceremoniis consuetis; si namque pari decentiâ diversæ religioni addicti sepelirentur, facile

facile offendiculum f. fcandulum infirmioribus præberetur. Carpzov. *d. lib. 2. tit. 24 def. 383.*

Qr. III. An confuetis ceremoniis adhibitis fepeliendi fint illi, qui tantum fufpecti funt de falsâ religione? Aff. quia fc. nondum funt convicti. Carpz. *d. l. def. 383.*

Ad L. Si quis orthodoxæ. 10.

Qr. An Principi, Reformatæ religioni addicto, liceat in territorio, in quo folùm viget exercitium Auguftanæ Confeffionis, templum, ut in eo Reformata religio exerceatur, exftruere, non obftantibus pactis & privilegiis, quibus fubditis fanctè permiffum, quod alia religio, quam Auguftanæ Confeffionis in iftud territoriū non debeat introduci? Neg. Quávis enim pro affirmativa allegari poffit, quod in Inftrumento pacis *artic. unanimi. VII.* (1.) æquiparentur Auguftanæ Confeffionis addicti & Reformati, adeoq; nulla amplius inter has religiones fit differentia. Imo (2.) communi Proteftantium nomine utrique ibidem appellentur. *verf. falvis tamen & verf. quoniam eod. art. 7.* Et quod (3.) *in art. 5. §. 13.* jus reformandi Principibus tribuatur. Negativa tamen verior eft, quoniam (1.) in allegato *art. VII.* exprefsè hæc verba adjiciuntur: *Salvis tamen femper Statuum, qui Proteftantes nuncupantur inter fe & cum fubditis fuis conventis pactis, privilegiis, reverfalibus & difpofitionibus aliis, quibus de religione ejusque exercitio & inde dependentibus cujusq; loci ftatibus & fubditis hucusq; provifum eft.* Imò (2.) porro fequitur *in eod. art. quod controverfiæ religionis, quæ inter ita dictos Lutheranos & Reformatos agitantur, nō fint compofitæ, fed ulteriori compofitioni refervatæ, & proinde fas Principi nō fit, qui reformatæ eft re-*

ligioni addictg, publicum religionis exercitium, leges aut constitutiones Ecclesiasticas, hactenus ibi receptas immutare. Quibus sane verbis manifeste continetur, quod discrimen inter Lutheranam & reformatam religioné non sit sublatum; & quod status f. Principes reformatæ religioni addict., contra Privilegia pacta & reversalia non possint aliam, quam hactenus exercuere subditi, religionem introducere, vel in præjudicium istorum subditorum, Lutheranæ religioni addictorum, aliquid suscipere. Quando igitur Provinciæ ejusmodi talibus pactis & privilegiis cautum est, ne alia religio ibidem introducatur, non potest contra pacta & adversus religionem, quæ hactenus ibi in exercitio fuit, Princeps quicquam instituere. Neque ex rationibus contrariis aliud quid colligi potest, quam quod Lutherani & Reformati quandoque communi verbi causâ Protestantium vel simili nomine, comprehendantur. Nimirum in iis causis, ubi non opus differentiam constituere, & quod eos concernit, qui sunt reformatæ religioni addicti, quippe qui æque ac Lutherani capaces sunt pacis religiosæ. Inde autem concludi nequit, quod Principi, reformatæ religioni addicto, istam religionem etiam in provincia, in qua sola Lutherana religio hactenus exercita fuit contra manifesta pacta & reversalia liceat introducere. Atque ita etiam responsum est ad petitionem der C. in H. B. â Scabinatu Lipsiensi An. 1665. ut & ad consultationem Superiorum â quibusdam Theologis & JCtis in J. Academiâ.

Ad L. ubicunque. 11. L. Machæi. 12. pr.

Vid. notat. *ad L. 5. C. h. t.*

Ad d. l. 12. §. 1.

Qr. An parentes, diversæ fidei & religionis existentes, liberos orthodoxæ fidei possint privare alimentis, aut aliis necessariis expensis? Neg. *b. l. 12. & l. seq. 13. princ.* Regn. *b.*

Ad L. Hæretici patres. 13. §. 1.

Qr. An etiam hæreticorum liberis, licet deliquerint in parentes, quarta pars debeatur testamento facto? Aff. *b. §. 1.* quia sc. præsumitur exhæredatio liberorum magis ex odio religionis facta, quàm ex causâ delicti. Regn. *b.*

Ad L. Hæretici synacteria. 14.

Vid. notat. *ad L. 3. & L. 5. C. b. t.*

Ad L. Manichæi liberos. 15.

Qr. An liberi hæreticorum orthodoxi excludant fiscum? Aff. *b. l. 15.* Regner. *b.*

Ad L. Ex Manichæo 16. pr.

Vid. notat. *ad L. 5. b. t.*

Ad §. idem qui. 1.

Qr. An hæreticum quem esse scientes, teneantur eum prodere? Aff. *b. §. 1.* ubi subjicitur ratio: *eadem enim delinquere videntur, scientes quidem delinquentem, non facientes autem illum manifestum.* Vid. Exerc. nostr. *ad Pand. 48. th. 104.* Joh. de Dicastill. & allegat. *de J. & J. Lib. 2. tract. 1. Disp. 7. dub. 4.*

Ad d. l. §. fin.

Vid. notat. *ad L. 8. § ult. b. t.*

Ad L. Sanctæ. 17. §. 1. L. Quæ de Samaritis. 18.

Vid. notat. *ad L. 15. boc tit.*

Ad L. cognovimus. 19. al. 9.

Qr. An filio orthodoxo assignari possit legitima vivente patre hæretico? Aff. sec. jus Codicis *per h. text.* §. 1. *vers. viventibus.* Surd. *consil. 386. num. 13.* Farinac. *prax. crimin. quæst. 24. num. 44. & tract. de heres. quæst. 191. num. 3. & 4.*

Ad auth. idem est de Nestorianis.

Qr. An restitutus ex gratiâ Principis ad bona, recuperet fructus interim à fisco vel alio perceptos? Neg. *arg. h. auth. verb. portio restituenda quidem sed absque ratione fructuum & administratione.* Roland. *consil. 45. num. 8. vol. 4.* Clar. §. *fin. quæst. 59. num. 7.* ubi Bajard. *num. 66.* Decian. *tract. crimin. Lib. 3. tit. de abolition. num. 60.* Peregrin. *de Jur. fisc. lib. 5. tit. 2. num. 61.*

Ad auth. Gazaros pr.

Qr. I. An hodie hæreticorum bona sint confiscanda? Juxta *Nov. 134. & inde excerptam auth. bona damnatorum. C. de bon. damnat.* hoc videtur negandum, quippe quæ solùm majestatis crimen excipit. Jus Canonicum verò *c. 10. 13. 15. de heretic. c. 8. §. pen. c. penult. de heret. VI.* atque illud sequens Imp. Fridericus *in h. auth.* confiscationem bonorum hæreticis decernunt, adeò, *ut & filii ipsorum ad successionem eorum pervenire non possint, cum longè gravius sit æternam, quam temporalem offendere majestatem.* Denique Jure Carolino itidem ut in *Nov. 134.* ob solum crimen læsæ majestatis confiscatio bonorum admittitur, *artic. 218. vers.* Item an etlichen Orten. Non obst. *verb. de art.* Oder sonst in andern Fällen. Vid. Anton. Matth. *de Crimin. Lib. 48. Tit. 18. num. 6.* Fr. Amaya

in

in lib. 10. C. Tit. 7. num. 37. Carpzov. *prax. crim. p. 3. quæst. 139. num. 9.* Jul. Clar. *5. sentent. quæst. 78. num. 3. & 4.* Pet. Theodor. *Disp. crimin. 5. th. 9. lit. g.* ubi dicit: *Bona hæreticorum publicata fisco aut Ecclesiæ orthodoxæ addicuntur, si sc. non adsint orthodoxi eorum liberi legitimi aut propinqui.*

Qr. II. An confiscanda sint bona maleficorum f. magorum & sortilegorum? Neg. *arg. de Nov. 134. junct. d. ordin. crimin. 218.* Fachin. *lib. 9. controv. jur. c. 89.* Rittershus. *Jus Justin. part. 12. cap. 11. num. ult.*

Ad §. 1.

Qr. 1. An ob suspicionem solam quis habendus pro hæretico? Neg. *h. §. 1.* sed audienda ejus purgatio *d. §. 1.* & non ante contemnendus, quàm hæreseos, adhibitis ad hanc causæ cognitionem Theologis orthodoxis, sit convictus. Prosp. Farinac. *quæst. 185. §. 9.* Hunn. & plur. alleg. *Encyclopæd. jur. part. 5. tit. 6. cap. 3.*

Qr. 2. An quilibet de populo possit hæreticum accusare? Aff. *l. 4. §. 1. C. h.* Farin. *d. quæst. 185. §. 3. n. 31.* Hun. *Encyclop. d. cap. 3. num. 1.*

Qr. 3. An hæreticus ad fidem orthodoxam debeat cogi? Neg. Fides enim suadendà est non imperanda. Unde bene Maximilian. Imp. dixisse fertur, nullam esse majorem pestem, quàm dominari velle conscientiis, quæ imperandi ratio dura esset carnificina. Vid. Cran. *d. Dissert. part. 1. probl. 2.*

Ad L. Hæretici. 20. pr. & §. 1.

Vid. notat. *ad L. 3. & L. 16. §. 1.*

Ad §. ult.

Vid. notat. *ad L. 4.*

ad

Ad L. Quoniam multi. 21. al. 10.

Qr. I. An in judicio hæreticus sit testis habilis contra orthodoxum? N. *h. l. verb. contra orthodoxos quidem litigantes nemini heretico esse in testimonia communionem. Et vers. aliis verò.* Decian. *tract. crim. lib. 5. cap. 43. num. 2.* Farin. *prax. crim. quæst. 56. num. 206. & tract. de hæres. qu. 188. §. 7. num. 1. & seqq.* nisi crimen sit exceptum & veritas aliter haberi non possit Farin. *d. quæst. 56. num. 216.*

Qr. 2. An hæretici vel Judæi in causis hæreticorum sint testes habiles? Aff. *h. l. verb. Inter se autem hæreticis vel Judæis, ubi litigandum existimaverint, concedimus fœdus permixtum & dignos litigatoribus etiam testes introducere.* Farinac. *in Nov. 45.* Mascard. *de probat. concl. 945. n. 11.* exceptis tamen hæreticis insignioribus & improbioribus *h. l. vers. exceptis* dd. autor. *dd. ll.*

Qr. 3. An hæreticus sit testis habilis in testamento & ultimis voluntatibus? Aff. *h. l. vers. fin. Cæterum:* ubi additur ratio: *ne probationum facultas angustetur.* Carrer. *tr. h. hæretic. num. 143* Farinal. *de testib. quæst. 56. num. 121. & de hæres. quæst. 188. num. 129.*

Ad L. 22. al. 11. & ult.

Qr. An hæreticus hæreditatem, vel fideicommissum ex testamentis militum accipere possit? Neg. *h. d. ult.* Carrer. *d. tract. num. 151.* Farin. *d. tract. de hæres. quæst. 199. §. 7. num. 95.*

TIT. VI.

Ne Sanctum baptisma iteretur.

Ad L. Antistitem, 1. & L. Si quis rebaptizare. 2.

Qr. An rectè Anabaptistæ tolerentur in Republicâ? Neg.

Neg. *arg. h. t.* Quamvis enim conscientiarum libertatem concedendam esse allegent, *Metteran. Hist. belg. lib. 16. pr. Heinr. Arnoldi* van der Linde/ *tract.* van de Conscientien-Zwang/ *cui respondit Joan. Wtenbogaert.* attamen in Principis potestate est hæreticos nō tolerare in sua Republ. & rectius ejicit eos, ne latiùs serpat hæreseos malum. Vid. R. A. zu Speyer/ *de ann. 1529.* Zepp. *de ll. Mosaicis l. 4. c. 3.* Besold. *thes. pract. voc.* Wiedertäuffer. Conf. Dn. Ziegler. *Differt. ad h. t.*

Qr. 2. Si forte infans sit expositus & schedula reperiatur apposita, in qua scriptum, quod infans sit baptizatus, nec tamen additum quo loco, an denuo baptizandus sit infans? Quod affirmatur, quia de baptismate infantis non certò constat, in dubiis verò posse reperi baptismum in Conciliis legitur. *nempe* Carthaginensi *canon. 6.* Wormat. *canon. 7.* Petr. Mornat. *in l. 1. h. t. in fin.* Sed hæc ut & aliæ quæstiones (v. g. an baptizatus in Papatu, nostram posteà religionem amplectens sit rebaptizandus, quod negat Martin. Chemnitius *part. 3. loc. Eccles. de Eccles.* It. an si ob casum necessitatis per obstetricem infans baptizatus sit, iteratio baptismi fieri debeat: quod itidem negat Chemnit. *d. l.* Constitut. Eccles. Saxon. titul. von der Nothtauff.) ad Theologos potiùs spectant.

Ad L. Nulli hæreticorum. ult.

Qr. An fœmina, quæ dolosè lucri causa diversis locis bis terve eundem infantem baptizare curavit crimen falsi committat? Aff. & ista fustigationis pœna est afficienda. Vid. Dn. Carpz. *Prax. Crimin. p. 2. q. 98. n. 43.*

Tit. VII.

De Apostatis.

Ad L. Si quis. 1.

Qr. An Apostatæ (qui scil. à fide Christianâ planè desciscit, transiens ad paganos vel Judæos, *l. 2. h.*) bona jure Novellarum & Carolino publicentur? Neg. per *notat. ad auth. Gazaros. C. de haeretic.* Jul. Clar. *d. lib. 5. quæst. 78. 9. fin. n. 4.* ubi scribit: *Apostata punitur confiscatione bonorum, si non exstent ejus filii vel cognati ad quos deferatur. auth. si qua mulier. C. de SS. Eccles.*

Ad L. Si quis defunctum. 2.

Qr. An defunctus possit violatæ atque desertæ Christianæ religionis accusari? Aff. *h. l. modò intra quinquennium fiat.* Verùm & hoc non amplius obtinet. *arg. d. N. 134. & Ordin. Carol. art. 218.* Anton. Matth. *d. crimin. l. 48. tit. 18. cap. 3. num. 4. & cap. 2. num. 6.*

Ad L. Hi, qui sanctam. 3.

Qr. 1. An apostata (vel etiam hæreticus) si ipsi deferatur hereditas paterna, succedat? Neg. *per h. l. 3. verb. nulli hereditate succedant.* Menoch. *arb. Jud. quæst. cas. 546. num. 11.* Farin. *de hæres. quæst. 183. §. 4. num. 49.* Virgil. Pingiz. *quæst. Saxon. 18. num. 7.*

Qr. 2. An fisco obveniat illa hæreditas? Neg. sed liberis aliisve heredibus. *l. seq. 4. vers. propinquis deferatur. conf. l. 19. C. de hæretic.* Pingitz. *quæst. Sax. d. quæst. 18. num. 38. & seqq.*

Qr. 3. An, si resipiscat, pœnitentiam agat, & ad veram fidem revertatur apostata (vel hæreticus) hujusmodi hereditas ipsi sit restituenda? Neg. *arg. h. l. 3. vers. sed*

nec

nec unquam. Affirmativam probat Zasius *lib. 1. consil. 23.* Pingizer *d. l. n. 31.*

Qr. 4. An pœnitentia apostatam liberet à pœnâ? Neg. *h. l. verb. ultim. Lapsis etenim & errantibus subvenitur: perditis verò, hoc est sancta baptisma profanantibus nullo remedio pœnitentiæ succurritur.* Barbos *h. num. 8.* Add Recess. Imper. Spirens. *de An. 1529.* ubi Imp. Ferdinandus ita de Anabaptistis constituit: Nach dem auch kürtzlich eine neue Sect des Wiedertauffs entstanden / so in gemeinen Rechten verboten / und vor viel hundert Jahren verdammt worden ist / welche Sect über Keyserlich ausgegangen Mandat / ie länger ie mehr schwerlich einbricht / und überhand nimmt. Und dann Ihre Majestät solch schwer Ubel / und was darauß folgen mag fürzukommen / Fried und Einigkeit im H. Reich zu erhalten / eine rechtmäßige *Constitution*, Satzung und Ordnung auffgericht / und allenthalben im H. Reich zu verkünden verschafft / also lautend: Daß alle und iede Wiedertauffer und Wiedergetauffte Mann- und Weibs-Personen / verständigs Alters / vom natürlichen Leben zum Todt / mit Feuer und Schwerd / oder dergleichen / nach Gelegenheit der Personen / ohn vorgehend der Geistl. Richter *inquisition*, gericht und gebracht werden. Und sollen derselben Friedbrecher / Hauptsächer / Landläuffer / und die auffrührigen Auffwiegler des berührten Lasters des Wiedertauffs / auch die / so darauff beharren / oder zum andern mahl umbfallen / in solchem keines weges begnadet / sondern gegen ihnen / vermöge solcher Satzung / ernstlich mit der Straff gehandelt werden. Welche Personen aber ihr Irrsal für sich selbst / oder auff Unterricht und Vermahnung unverzüglich be-

kenten / denselben zu widerruffen / auch Buß und Straff darüber anzunehmen willig seynd / und umb Gnade bitten würden / daß dieselbigen nach Gelegenheit ihres Standes / Wesens / Jugend und allerley Umbständ / mögen begnadet werden. Daß auch ein ieder seine Kinder nach Christl. Ordnung / Herkommen und Gebrauch / in der Jugend tauffen lassen soll. Welcher aber das verachten / und nicht thun würde / aus Meinung / als sol derselben Kinder Tauff nichts seyn / daß derselbig / so darauff zu beharren sich unterstünde / für einen Wiedertauffer geacht / und obangezeigeter Keyserl. *Constitution* unterworffen sey. Und sol keiner derselben aus obangezeigten Ursachen begnadet werden / an andere Orth *relegirt* und verwiesen / sondern unter seiner Obrigkeit zu bleiben / verstrickt und verbunden werden / die denn ein fleißig Auffsehen haben sollen / damit sie nicht wiederumb abfallen. Conf. Carpzov. *part. 1. prax. crimin. quæst. 49. num. 71. & seqq.*

Ad L. Apostatarum. 4. init.

Qr. An accusationi ob crimen apostasiæ præscribatur? Neg. *b. l. init. verb. nullus finita temporibus hujuscemodi criminis arceatur indago.* Decian. *tract. crimin. lib. 9. cap. 76. num. 1.* Farinac. *d. quæst. 183. num. 9.* Quia sc. hoc crimen est continuum, ac in eo usque ad mortem persistit pertinax reus: de quo omnino hæc lex accipienda: quod miror non animadvertisse Wiesenbachium *h.* ad alias explicationes minus congruas confugientem.

Ad versic. in tantum.

Vid. not. *ad l. 3. C. h. t. it. ad auth. Gazaros, C. de heretic.*

Ad L. Eum qui. 5.

Qr. An is, qui ex cultu orthodoxæ nostræ religionis

nis transducit quem ad sectam Pontificiorum sit puniendus? Aff. Quamvis enim utraque religio in imperio nostro permissa: ejusmodi tamen seductiones non sunt tolerandæ.

Ad L. Eos qui. 6.

Qr. 1 An Lutheranus quando fit Pontificius, fit apostata? Dupliciter apostasiam fieri dicit Matth. Wesenb. *in C. h. t. num. 3. vel cum à verâ religione transitur in heresim, retento Christianismi titulo: vel cum professione Christianâ prorsus abjectâ partes contrariæ placent Judæorum, Ethnicorum, Mahometistarum & aliorum qui Christum ignorant vel ex professo prosequuntur. l. 1. l. 2. C. h.* Priori quodammodo sensu dicitur apostata, qui ad Pontificios transit. Verùm quia Protestantium ac Pontificiorum, ut & quam *reformatam* vocant, religio suo modo comprobata sit in Pacificatione Osnabrugensi, veluti supra monitum, quæ in hoc tit. de apostatis constituuntur, in transeuntibus ad Pontificiam vel reformatam religionem non obtinent. Add. Dauth. *de testam. qui testam. fac. poss. num. 246.*

Qr. 2. An Pater Pontificius transeunti filiæ ad Lutheranam religionem licitè deneget dotem; it. filium Lutheranum justè exheredet? Neg. *per jam dicta.* Add. Just. Meier. *d. tract. adv. Scioppium.* Sutholt. *Dissert. 9. aphor. 56.*

Tit. IIX.

Nemini licere signum Salvatoris Christi humi vel in silice vel in marmore aut insculpere aut pingere.

Ad L. unic.

Qr. 1. Quâ pœna sit afficiendus, qui signum vel crucem vel etiam imaginem Salvatoris nostri malitiosè conspurcat? Pœna pro modo circumstantiarum est arbitraria. *arg. h. l. un.* Conf *l. 6. l. 7. §. fin. ad L. Jul. Maj.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. jud. quæst. cas. 376.* Dn. Carpzov. *part. 1. prax. crimin. quæst. 45. num. 96.* quæ etiam pro qualitate facti & personæ ad mortem extendi potest. Boer. *quæst. 31. decis. 241. num. 9.* Azo. *in fin. C. h. t.* Thessaur. *decis. 241. num. 5.* Paul. Grilland. *tract. de sortileg. quæst. 11. n. 18. ubi tradit eum, qui imaginem Christi in terram projicit, & pedibus terit, de rigore juris civilis pœnam mortis subire. arg. h. l. un.* Clar. *rec. sent. lib. 5. §. fin. quæst. 68. num. 19.* Aliàs verò hæc *l. un.* non observatur: Videmus enim multa monumenta humi posita & imagine crucis & crucifixi Salvatoris insignita. Tuld. *in h. t.* Christin. *vol. 2. dec. 41.* Brunnem. *h. in fin.*

Qr. 2. An usus signi Salvatoris inter Christianos sit necessarius? In *Nov. 5. c. 1.* ædificaturo monasterium non prius licentia datur hoc agendi, quam Episcopum advocet, qui precibus locũ Deo consecret, & ibi salutis nostræ signum figat &c. *add. Nov. 65. l. ult. C. Theodos. de pagan. sacrosanct.* Jac. Gothofred *not. ibi.* Crux in Litaniis publicis præferebatur. *Nov. 123.* Signum crucis requiritur in inventarii confectione. *l. sumus. 22. & ult. §. sin autem. 2. in verb. venerabili signo antea manu heredis præposito. l. 1. de jur. de lib.* ut & in aliis instrumentis signum illud usurpari solet *Nov. 72. Leon.* & multi epistolam scribentes præbentunt signum crucis. Jubemur quoque nos signare cruce surgentes è lecto & cubitum euntes. Verum sicut Instrumen-

menta & Inventaria ex eo, quod signo crucis destituta sunt, non redduntur invalida *per l. 1. §. fin. de inspic. ventre.* Ut contra Salicet. Dd. communiter statuunt. Sichard. *ad d. §. fin autem. 2. n. 26. Et ibi* Gothofr. *in not.* ita nulli quidem licentia est, neque monasterium neq; ecclesiam, neque precationis domum incipere ædificare, antequam Episcopus orationem in illo loco faciat & crucem figat. *Nov. 67. c. 11. Nov. 131. c. 7. & d. Nov. 5. c. 1.* Omissio tamen crucis consecrationem templi non facit irritam. *arg. §. sacra. 8. I. l. rerum divis. & l. ossa. 8. in pr. ff. de relig.* Cumque Moses & Salamon tabernaculum & templum extruerent & consecrarent, de cruce usurpata nihil legitur, sed precibus *Exod. cap. 40. vers. 9. & 3. Reg. cap. 8.* Videatur Donell. *lib. 4. comm. c. 1.* In prima quoque ecclesia consignatio crucis à Christianis usurpata quotidiè, ut ostenderent se in Christum crucifixum credere. Fabrot. *in Cujac. Paratitl. Cod. b. t.* Christoph. Bezel. *in 2. part. Exam. Theol. loc. de Baptism.* Eodem modo nos cruce signamus & profitentes & commonefacientes, quod in Christum crucifixum credamus, & in ipso omnem nostram spem ac fiduciam collocatam habeamus. Nec fuit primis temporibus crux quid subsistens, sed Christiani digitis in aëre figuram transversam crucis formabant, illa se signantes, Martin. Chemnit. *in 4. p. Concil. Trident. fol. 45.* Cumque Maxentius filius Maximiani tyrannidem exerceret adversus Christianos, Constantino M. pensiculanti quem Deum sibi invocandum eligeret ad prælium contra istum tyrannum, Deus signum crucis in cœlo igneum cum hac inscriptione IN HOC VINCE, conspiciendum præbuit. Constantinus itaque in forma crucis vexillum mi-

militare contra Maxentium bellum suscipiens usurpavit & Maxentius Pharaonis instar in flumen mersus periit anno Christi 312. teste Eusebio *in vit. Constantin. Magn.* Hoc signo crucis utebantur Christiani, nec illi inerat effigies Christi crucifixi; sed circa annum Christi 690. imago Christi cœpit fieri, & in ecclesia collocari, ut docet Chemnit. *d. art. p. 4. fol. 32.* Progressus temporis factum, ut & crucem simplicem, & eam cui imago Christi inerat, multi invocaverint, quam superstitionem Pontificii adhuc sequuntur, erroris talem prætextum adducentes, animum adorantis, non ad crucem s. imaginem, sed eum, quem designat crux vel imago Christi referri Cujac. *Paratit l. h.* & Fabrot. *in not.* Joach. Steph. *ad d. Nov. 5. num. 10.* Jacob. Gothofred. *in Cod. Theodos. h. t.* Vid. Hunn. *in volum. 1. Disput. 38. thes. 135.* & Winckelmann. *in tom. 4. Disput. 10. thes. 22.* Pari modo detestanda est & illa Papistarum superstitio, dum hunc effectum cruci adscribunt, quod si Christianus clausurus lumina somno frontem & cor signaverit figura crucis, illa crux pellat omne crimen & fugiant crucem tenebræ, mens quoque dicata signo crucis fluctuare nesciat. Bezel. *d. loc. de baptism.* Ut enim ad certum tantum locum, in quo crux vel imago Christi crucifixi habetur, alligati non sumus, ut ibi Deum adoremus *Job. 4. v. 20. & seq.* ita videndum, ne quis colat & serviat creaturæ potius, quam creatori *ad Rom. 1. v. 25.* & similis fiat simulacris gentium confidens in eis *Psal. 113. v. 16.* Neque enim vel digitis in aëre signata vel picta vel sculpta crux sive imago Christi crucifixi, sed Christus eripuit animã è morte, oculos à lacrymis, pedes à lapsu, *Psal. 114. v. pen.*

No-

Nostrum igitur erit, quando nos signamus cruce, omné spem & fiduciam nostram in Christo pro nobis crucifixo ponere, nec necessitas in sacra scriptura nobis imposita, ut signo crucis utamur *c. Ecclesiasticarum. 6. distinct. 11.* de quo signaculo videatur *c. postea. de consecrat.* Fabrot. *in Paratit. Cod. Cujac. h. t.* Rittersh. *de asyl. c. 3. n. 33.*

TIT. IX.

De Judæis & cœlicolis.

Ad L. Quod Cornelia. 1.

Qr. I. An Collegia Judæorum legatum capere possint ex testamento Christiani? N. *h. l. 1.* Carpzov. *part. 3. constit. 13. def. 36. num. 10. & seqq.*

Qr. II. An Judæus Collegio Judæorum legare possit? Aff. Regn. *h.*

Qr. III. An valeat legatum Judæo in Christiani testamento relictum? Aff. quia de legato, quod Collegio relictum est, exstat prohibitio in *h. l. 1.* sed non de legato uni vel singulis relicto. Marq. de Susann. *tract. de Judæis cap. 5. num. 24. circ. fin. part. 2.* Bartol. *ad l. cum Senatus num. 2. de reb. dub.* Maul. *de ultim. voluntat. lib. 1. tit. 16. pag. 267.* Decian. *tract. crim. lib. 5. cap. 13. num. 16.* Klock. *de contribut. cap. 10. num. 32.* Sigism. Finckelthaus. *observ. practic. 84.* ubi *num. fin.* annectit sententiam Facultatis Juridicæ Lipsiensis latam *An. 1633. Mens. Jul.* B. Carpzov. *part. 3. const. 13. def. 36. ubi itidem n. ult.* subjicit sententiam Scabinorum Lipsiensium pronunciatam *Mens. Jan. Ann. 1663.*

Ad L. In festivitatibus. 2.

Qr. An in Republ. Christianâ Judæis permittendum,

 ut

ut sua celebrent sacra? Tolerari hoc potest *b. l. 2* modò ne Judæi in synagogis suis Christum Salvatorem nostrum maledictis proscindant, neve ritus, ceremonias, festivitates, sacra & solennia sua in contemtum Christianæ religionis peragant: atque ita, ne Christianos eorumvè religionem dicto factovè contemnant. *l. 11. C. b. t. c. 17. pr. c. 15. in fin. d. Judæis* Spekhan *Diatagm. Judæor. s.* Juden Ordnung *thes. 5.* edit à Dn. Hahn. Decian. *tr. cr. 3. c. 18. n. 5. d. l. 5. c. 11. num. 3.* Pancirol. *v. lect. 2. c. 7.* Georg Theodor. Dieterich *de jur. & stat. Judæor. in republ. Christian. discurs. cap. 3.* Add. notat. *ad l. 14.*

Ad L. Judæis. 3. al. 2.

Qr. An Judæus, qui conversum ad Christianam fidem lapidibus petere vel alio furoris genere attentare ausus fuerit, sit ignis supplicio afficiendus? Aff. *b. l. 3.* Decian. *tract. crim. lib. 5. cap. 12. n. 12. n. 5.* Hodie tamen pœnam esse arbitrariam putat Grœneweg. *b.* Add. Joh. Gall. *q. 320.*

Ad L. In Synagogam. 4. al. 3.

Qr. An synagogæ Judæorum sint immunes ab inhospitatione militum? Affir. *b. l. 4.* ubi additur ratio, quod privatorum domus non loca religiosarum (*s. religioni qualitercunq; deputatarum*) habitationum, conveniat attingere Vid. Baron. *annal. Ecclesiastic. tom. 3. Ann. Christ. 327. pag. 284. tom. 4. Ann. C. 365. in fin. & Ann. 388. §. 82. & seqq.* Dn. Johann. Otto. Tabor. *ad tit. Cod. d. metat. & epidemet. c. 3. artic. 1. §. 2.*

Ad L. Jussio. 5. al. 4.

Qr. An Judæus possit esse tabellio seu notarius? Neg.

Neg quia est officium publicum, ad quod inter Christianos merito non admittuntur Judæi. Marq. de Susan. *d. tract. part. 2. cap. 7. num. 5.* Non obst. *h. l. 5.* Inter ipsos tamen Judæos poterit esse tabellio Judæus. Id. *num. 7.*

Ad L. Ne quis. 6. al. 5.

Qr. I. An Christiano liceat Judæam uxorem ducere vel Judæo Christianam? Neg. *h. l.* Covarruv. *d. sponsal. P. 2. c. 6 §. 11. num. 3.*

Qr. II. Quâ pœnâ tale contrahentes matrimonium sint afficiendi? Pœnam adulterii infligendam esse ex *h. l.* colligitur. Farinac. *prax. crim. quæst. 139. & seqq.* Marq. de Susann. *d. tract. part. 2. cap. num. 13.* Hodie verò pœna est arbitraria. Wesenbec. *ad tit. d. rit. nuptiar.* Groeneweg. *h. t.*

Qr. III. An matrimonium hujusmodi inter scientes consummatum sit ipso jure nullum f. non subsistat? Juxta *h. l.* hoc affirmandum erit, cum ibi dicatur, quod *adulterii vicem commissi hujusmodi crimen obtineat.* Marq. de Susann. *d. l.* Non verò dissolvendum esse contractum latè defendit Paul. Cypræus *de sponsal. cap. 13. §. 77. num. 8.*

Qr. IV Si matrimonium tale per errorem f. ab ignorante conjugem esse Judæam sit contractum, an valeat? Aff modò Christianus conjugem istam infidelem retinere velit. Regn. *art. 5. h. t.*

Qr. V. Quid si Judæus vel Judæa post matrimonium, cum Christianâ personâ initum, se nostræ religioni addicat, anne pœna remittetur? Mitigabitur. Regner. *Disput. ad h. t.*

M 2 Qr. 6.

Qr. VI Quâ pœna sit plectendus Judæus, qui stuprans Christianam; & Christianus carnaliter cognoscens Judæam fœminam? Arbitrariâ fustigationis & relegationis. Carpz. *P. 4. Jurispr. for. const. 26. def. 4. & prax. crim. quæst. 69. n. 43.*

Ad L. Nemo Judæorum. 7. al. 6.

Qr. 1. An Judæus inter nos vivens possit ducere in uxorem defunctæ conjugis sororem? Neg. *per h. l. conf. l. 8. §. 5. C. d. inc. & inutil. nupt.* Spekhan. *diadagm. Judæor. thes. 11.* Conf. Consil. Altorfin. *109. & 110.*

Qr II. An Judæus licitè contrahat matrimonium cum defuncti fratris viduâ? Neg. *per h. l. 7.* Spekhan. *d. l.* Asserit tamen Jul. Clar. *§. incestus. num. 10.* Judæos contrahentes inter se nuptias in gradu prohibito sec. jus civile, sed permisso à lege Mosaica, non esse puniendos, *Nam*, inquiens, *quicquid sit de Jure, Judæi non servant l. nemo. l. 11. C. d. Judæis. ut attestantur scribentes in ead. l. nemo. & in specie Fulgos. & Ang. prout illos refert Barb. qui ita consuluit cons. 13. num. 2. lib. 4.*

Qr. III. An Judæo permittatur polygamia? Neg. *h. l. 7.* Spekhan. *d. l.* Decian. *tract. crimin. lib. 5. c. 22. num. 13* Bald. *cons. 428.*

Qr. IV. An Judæis concedatur dare libellum repudii & uxorem dimittere. Asserit hoc Tiraquell. *in l. 7. connub. gloss. 1. p. 7. num. 24.* Decian. *tract. crim. lib. 5. cap. 14. num. 7.* Marq. de Susann. *d. tract. cap. 8. num. 4.*

Ad L. Judæi communi. 8. al. 7.

Qr. 1. An hodie etiam lex Mosaica in actibus ut & successionibus Judæorum obtineat? Affirm. in casibus

in

in quibus lex Mosaica specialiter aliquid disponit, quod non sit jure civili reprobatum singulariter etiam quoad Judæos *leg præced.* aliàs vero obtinet jus Romanum *h. l. 8.* vid. August. Beroi. *vol. 1. consil. 2.* Marq. de Susann. *d. tr. p. 2. c. 1. 2. 3. & seqq.* Georg. Theodor. *d. tract. c. 5.* Spekhan. *d. l. thes. 16. 17.* ubi ex Thom. Ferrat. *caut. 24. num. 5.* notat. *in successionibus inter Judaeos non secundum jus commune Romanorum, sed sec. jus Mosaicum judicandum & pronunciandum esse.* Joh. d. Cald. *cons. 30. tit. de testam.* Joh. Selden *de success. ad Leges Ebraeorum in bona defuncti, in Prolegom.* ubi enumerans utilitatem cognitionis Legum Ebræorum inter alia scribit: *quin & Judæis ipsis quorum in Germania, Italia, Polonia, Belgio familiæ non sunt infrequentes LL. de successionibus sacræ cum interpretamentis Thalmudicis, Rabinicis, hodieque in usu sunt, ubi expresse Principum Christianorum sanctiones contrarium de iis non statuerunt, aut mores adversi sanctionū vim sortiti neutiquam inoleverunt, id quod de aliis Legis Mosaicæ non paucis capitibus dicendum, de qua re consulere licet Dd. ad Tit. C. d. Judæis. Alex. lib. 6. Cons. 10. Joh. Corasius Miscell. jur. civ. l. 5. c. 6. Tiraquell. in tr. d. jur. primogenit. lib. 1. quæst. 6. Ant. Riccill. tr. de jur. person. extr. ecclesia gremium existentium. l. 2. c. 14. 15.* Idem quoque Seldenus monet ex manuscripto suo Codice *in l. 8. C. h. t.* ita legendum esse: *Judæos quidem omnes Romano & communi more viventes.*

Qr. II. An Judæi censeantur esse de populo, & statutorum commodo fruantur? Affirm. *arg. h. l. init.* Menoch. *recup. rem poss. quæst. 40. num. 288.* Vid. Dn. David. Mævius *discuss. levam. inop. cap. 6. num. 196. & seqq.*

Ad L. *Nemo exterus* 9. *al.* 8.

Qr. An Judæi cogi possint ut minori pretio rem suam vendant, quam Christiani? Neg. *h. l. Justum est enim suum cuique committere.* Decian. *tract. crim. lib. 5. cons. 11. num. 7. vers. & ide*).

Ad L. Quicunq. 10. *al.* 9.

Qr. An Judæus rectè possit esse tutor Christiani impuberis? Quamvis hoc admittere videatur *l. 15. §. 6. d. excus. tut.* Id hodie tamen meritò non conceditur. Marq. d. Susann. *part. 2. cap. 7. num. 3.*

Ad L. Judæos. 11. *al.* 10.

Vid. not. *ad l. 2. h. t.*

Ad L. Cœlicolarum. 12. *al.* 11.

Qr. An ædificia, in quibus novi dogmatis conventus habentur, Ecclesiis vindicentur? Affirm. *h. l. 12.* Brunnem. *h.*

Ad L. Die Sabbathi. 13. *al.* 12.

Qr. 1. An Judæus die Sabbathi & aliis, quibus Judæi cultus sui reverentiam servant, possit conveniri? Neg. *h. l.* Decian. *d. lib. 2. cap. 11. num. 7. in fin.* Seraphin. *d. privileg. juram. privileg. 123. num. 1.* Add. Baron. *annal. Eccles. form. B. A. C. 327.*

Qr. II. An Judæus illis diebus possit Christianum convenire? Neg. *h. l. dd. autor.* Add. Tractat. nostr. *d. vindict. privat. & jur. retors. cap. 10. aphor. 18.*

Ad L. Nullus tanquam. 14. *al.* 18. *princ.*

Qr. 1. An in Republ. Christiana Judæi sint tolerandi aut recipiendi? Tolerari quidem & recipi eos posse dicendum videtur, modò coerceantur eorum blasphemias,

miæ, crimina & fraudes. *Sustinentur*, ait Marquardus de Susannis *tr. d. Judæis part. 1. c. 2. Judæi in eorum ritibus servandis, quia in eis olim præfigurabatur veritas fidei, quam hodie tenemus & inde provenit hoc bonum, quod testimonium fidei habeamus ab hostibus & quasi in figura nobis repræsentatur, quod credimus secundum S. Thomam 2. q. 10. art. 1. & in eis est manifestatio justitiæ divinæ ex eorum pœna, quod sint rei dominicæ passionis, prout imprecati fuerint dicentes: sanguis ejus sit super nos & filios nostros. Et secundum Augustin. occisi non sunt, sed dispersi, ut quamvis in fide, unde salvi fierent, non haberent, tamen unde nos adjuvaremur, retinerent, in libris suffragatores, in cordibus nostri hostes, in codicibus testes. Non autem sic tolerantur ritus aliorum infidelium, cum nihil utilitatis aut veritatis habeant, nobisve afferant, uti habetur in l. 1. 2. C. d. paganis. Et sicut nos sustinemus Judæos, ita olim ipsi Judæi sustinuerunt Jebusæos ad secum cohabitandum in Hierusalem, ut legitur, Judic. 1. & Josua 15. add. canon nolite, quæst. 3. caus. 11.* Add. Georg. Dieterich. *de jure & statu Judæorum in Republ. Christian. c. 2. 3.* Spekhan. *d. diatagm. Judæor.* Wiesenbach. *b.* Non tamen tenetur Princeps Judæos ferre in suâ republ. sed rectè expellit, cum vix modus eorum blasphemiis, criminibus & fraudibus statui possit. Spekhan. *d. tract. thes. ult.*

Qr. II. An ad regalia pertineat receptio Judæorum? Affirm. Hos enim protegere seu in tutelam suscipere, utique ad illum spectat, qui habet τὸ κῦρος in civitate. Recess. Imper. Aug. Ann. 1540. §. Jdem nach dem vers. Setzen ordnen und wollen wir / daß forthin niemand Jüden anzunehmen / oder zu halten / gestattet werden soll / denn die jeni-

jenigen / die von uns / und dem heiligen Reich / regalia haben / oder insonderheit derhalben privilegirt seyn. Add. Johann. Kitzel. Discurs. *d. regal. habent. Judaeor.* Spekhan. *d. l. thes. 1.* Herm. Stamm. *d. 3. cap. d. Judaeis ubi etiam explicat cur Judaei dicantur* des Kaysers Cammer-Knechte.

Ad vers. sed ut in hoc.

Qr. I. An Judaeis indulgendum sit, ut foenus immodicum exerceant? *N. arg. h. vers.* Rec. Imper. August. Anno 1551. §. Wiewohl auch. Spekhan *d. l. th. 13.* Conf. Hering. *d. fidejussor. c. 30. num. 35.* Marquard. *d. tract. part. 1. cap. II.* Gail. *2. obs. 5. in fin.*

Qr. II. An chirographum, quo Judaeo Christianus se obligavit, sit ipso jure nullum, si coram ordinario magistratu non fuerit confectum? Affirm. excepto tamen tempore publicarum nundinarum. Rec. Imper. Augustan. Anno 1551. vers: Diesen zu begegnen seynd wir. Spekhan, *d. l. th. 13.* Inde in causâ Nicolai Ebberken Civis Hannoverani contra Muschen Israel Jüden zu Hildesheimb ad consultationem Inclytae gubernationis Ducalis zu Wolffenbüttel / sententiam prioris instantiae, quâ Christianus debitor ad solutionem fuit condemnatus Antecessores in Scabinatu nostro Jenensi reformârunt, obligationem talem pro nullâ declarantes *Mens. Jul. Ann. 1630.*

Qr. III. An Judaea mulier gaudeat privilegio Scti Vellejani contra Christianos? Neg. Martin. Benckendorff *ad l. 2. d. R. fall. 13. sect. 2. membr. 5. part. 1. art. 1. num. 1.* quia contra Judaeos in causarum decisionibus rigor juris non aequitas est servanda. Schrader. *in l. admonendi. num. 77. d. jurejur.*

Qr. 4.

Qr. IV. An Judæo recens baptizato & ad Christianos converso remittenda sit pœna ob delicta ante commissa? Neg. quoad delicta enormia, & ea, quorum pœna â Principe non facile remitti potest. Carpzov. *prax. crim. q. 49. n. 7.* in aliis verò delictis meritò Princeps hujusmodi casu veniam pœnæ concedit. Vid. Tiraquell. *d. pœn. semper. temper. caus. 98 num. 155.* Speckhan. *d. tract. thes. 7* Dieterich *d. tr. c. 9. circ. fin.*

Ad L. si qua inter. 15. al. 14.

Qr. I. An Judæus, cui lis intercedit cum Christiano, sive actor sive reus fuerit, judicem sequatur Christianum? Aff. *b. l.* Decian. *d. lib. 5. cap. 14. num. 3.*

Qr. II. An rectè Christianus juramentum deferat Judæo? Aff. Vid. syntagm. Jur. Civil. nostr. *Exerc. 17. thes. 5. add. C. monet. q. 1. XXII.* Diderich *d. tract. c. 6.* Huc facit responsum collegii Jenensis Juridici Mens. Septembr. A 1617. ad consultationē Sempronii Erbgesessen zu N. quod integrum non pigebit adscribere: Als ihr uns durch zugeschickte *facti speciem* berichtet / welcher gestalt etwa vor 15. Jahren ein Vornehmer von Adel *Sempronius* seinen Diener / und Schreiber / *Cajum* an einen Jüden / Judas mit Nahmen / abgefertiget / zu versuchen / dieweil *Sempronius* 1500. Reichsthaler zuthun hätte / ob der Jüde Ihm dieselben bey einem guten Mann zu N. zu weg bringen könte. Darauff dann der Jüde / gegen dem *Cajo* sich mit Ja vernehmen lassen / und Ihm gewiß zugesagt / daß er so viel Geldes bey einem Mann genandter Zeit zu Behuff des *Sempronii* gegen ein gut *contentament* zu wege bringen und verschaffen wolte / darauff der Jüde dem *Sempronio* wissen laßen / daß er die gemeltē Reichsthaler

außgehört. Wie aber *Sempronius*, zu mehrer Vergewisserung neben seinem Schreiber *Cajo* selbst nach N. geritten / den Jüden Judam zu sich fordern lassen / und Ihm besagte seine Zusage / daß er die Reichsthaler ausgehört fürgehalten / sich der Jüde zwar derselben erinnert / aber darbey vorgewendet / daß er wohl Vertröstung darauff gehabt / es weren aber bey demselben Mann / dem *Lucio* keine Reichsthaler sondern allein 1500. Goldgüldē in *specie* zu bekom̃en / die wolte der Jüde Ihme *Sempronio* wohl zu wege bringen. Auff welches *Sempronius* geantwortet / es wäre Ihm mit den Goldgülden nicht gedienet / dieweil keine Reichsthaler vorhanden / wolte sich demnach dessen begeben / in Erwegung / daß Ihm *Sempronio* wolte schwer fallen / die Goldgülden in *specie* wieder beyzubringen / zumahlen auch dieselbe täglich *in valore* erhöhet würden. Hergegen ermeldeter Jüde *repliciret*, er *Sempronius* sol sich das nicht zurücke halten lassen: Dann (1) könten die Goldgülden leichtlich in Reichsthaler *resolviret* werden. (2) wolte er der Jüde die Goldgülden *quocunq; tempore in eodem valore* und was die *tempore contractus* gülden / nemblich ein iedes Stück für 40. Mgr. dem *Sempronio*, wann er dieselbe wiederum abtragen müste / wiederschaffen. Dadurch dann *Sempronius* bewogen / daß er dem Jüden die 1500. Goldgülden zu empfangen / in Reichsthaler zuversetzen / und dargegen dem *Paulo*, eine Verschreibung auf 1500. Goldgülden unter des *Sempronii* Hand und Siegel zuzustellen Macht und Gewalt gegeben. Der Jüde hat *Sempronio* auch die übrigen Goldgülden / so viel man derselben in Reichsthaler zu *resolviren* nicht nötig gehabt / an Goldgülden zu geschaffet / und das zugesagte *contentament* empfangen. Es vermuthete aber

Sem-

Sempronius, daß der *Creditor Paulus* und *Judas* der Jüde durch gestochene Händel darbey gehabt / und daß *Paulus* die Goldgülden in Reichsthaler nicht habe *resolvirt*, ja keine Goldgülden sondern Reichsthaler gehabt/und das *residuũ*, so viel die Goldgülden höher als 1500. Reichsthaler zum Schein und *persuasion*, als wären es lauter Gold gewesen/ demselben gelassen habe. So hätte auch dahero der *Sempronius* die Jährlichen Zinßen der Goldgülden eine zeitlang mit 40. Mgr immittelst wohl etwas höhern / iedoch mit keinen Goldgülden abgetragen/welches *Paulus* bey seinem Leben nit wiedersprochen/solches der erwehnte *susp.cion*, und sonderlich darumb wieder *Paulum augiret*, da er den Goldgülden nicht also sich hätte verrenten lassen wollen/ daß *Sempronius* den Jüden wegen seiner Zusag möchte besprochen/ und da er zu dem auch dem *Paulo* die Lose gethan/solche durchgetriebene Händel der Jüde an Tag gebracht haben. Wann dann aber nach des *Pauli* des *Creditoris* tödlichen Hintrit desselben Wittben von dem *Sempronio* die Zinße / wie zuvor / der Gülden mit 40. Mgr. wollen abgetragen werden / dieselbe aber Krafft der Hauptverschreibung Goldgülden in *specie* begehren möchte / *Sempronius* gleichwohl nicht vor rathsam erachtet also länger in den Zinßen zu sitzen / und sich anders nicht zu vermuthen / da der Jüde / oder sein Diener mit Tode auch abgehen solte / daß Vermöge und in Krafft seiner Hand und Siegel/er hiernechst zu Goldgülden in *specie* so wol der Haupt-Summa als Zinßen abzutragen angestränget werden dürffte / als habt ihr auff nachgesatzte drey Fragen unser rechtliche *information* D. g. D. S. W. Und anfangs auff die erste Frage V. R. *Sempronius* Vermöge Hand und Siegel / so sonder Zweiffel zu

 1400.

1400. Gülden *in specie* angehalten werden solte/ so ist er wieder *Pauli* des *Creditoris* Wittben *condictione indebiti*, so viel ietzo die Goldgülden mehr gelten anzustellen nicht berechtiget/ und ob auch gleich der Jüde/ vermittels Eydes/ bekennen würde / daß keine Goldgülden weiter / als mit welchen das *residuum prætensum* erstattet / vorhanden gewesen/ und es obbesagte Beschaffenheit damit hätte / doch die Wittbe gestalten Sachen noch zur *restitution* nicht verbunden / vermag auch nicht *Sempronius* die Wittbe *ratione residui exceptione doli*, do er gleich die Goldgülden in *specie*, aber die *detractis detrahendis*, und in dem *valore*, do sie *tempore contractus* beygewesen / erlegte oder *deponirte*, zu *removi*ren / sondern ist vielmehr vors andere der Jude *ratione promissionis* dem *Sempronio* den Gülden vor 40. Mgr. zu schaffen verpflichtet; Immassen er darzu *actione ex stipulatu* kräfftiglich wohl *compelliret* und angehalten werden kan. Hat zum (3) *Sempronius* keinen schrifftlichen Schein oder Beweiß gethaner *promission* vorzulegen / dofern nun der Jüde derselbigen nicht gestehen würde / so kan *Sempronius* den *Cajum* seinem Diener (iedoch solcher gestalt / daß der *Cajus* zu erst aus des *Sempronii* Brodt- und Diensten gelassen werde) zum Zeugen wohl angeben und führen; Und ist auff solchen Fall der *Sempronius* mit dem *juramento suppletorio* nicht allein zu hören und zuzulassen / sondern kan auch der Jüde / wann solch *juramentum in supplementum* würcklichen vom *Sempronio* abgeleget / daß er seinen *promissis* und gethanen Versprechen nemlich den Goldgülden für 40. Mgr. oder das *augmentum* zuverschaffen / wohl angehalten werden / und ist auch der *Sempronius* an stat ietz berührten Beweises dem Jüden alsbalden den

Eydt

Eydt zu *deferiren* und die Klage in sein Gewissen / Wissenschafft und Wohlbewust zu schieben berechtiget / darauff dann der Jüde sein gerührtes Gewissen zu eröffnen / oder den *deferirten* Eydt dem *Sempronio* zu *referiren* / oder aber sein Gewissen mit Beweiß zu vertreten schuldig. V. R. W. Cæterum formulam Judæis jurantibus præscribit ordinatio cameræ Imperialis *Part. 1. tit. 86.* His verbis: Adoney ein Schöpffer der Himmel und des Erdreichs / und aller Ding / auch mein und der Menschen / die hie stehend / Ich ruff dich an / durch deinen H. Nahmen / uff diese Zeit zu der Warheit / als und den N. mir zugesprochen hat umb den oder den Handel / so bin ich ihme darumb oder daran gantz nicht schuldig oder pflichtig / und hab auch in diesen Handel keinerley Falschheit oder Unwahrheit gebraucht / sondern wie es verlaut hat / umb Hauptsach / Schuld oder sonst / was die Sach ist / also ist es war ohn alle Gefahrde / Argelist und Verborgligkeit / also bitte ich mir GOtt *Adonay* zu helffen / und zu bestätigen diese Warheit: Wo ich aber nicht recht oder wahr habe / in dieser Sache / sondern einige Unwarheit / falsch oder Betriegligkeit darinne gebraucht / so sey ich Heram und verflucht ewiglich / wo ich auch nicht wahr oder recht habe in dieser Sach / daß mich denn übergehe oder verzehre das Feuer / das Sodoma und Gomorra übergieng / und alle die Flüche die an der Torah geschrieben stehen / und daß mir auch der wahre Gott / der Laub und Graß und alle Ding geschaffen hat / nimmermehr zu Hülffe noch zustatten komme in einigen meinen Sachen und Nöthen: Wo ich aber wahr und recht habe in dieser Sach / also helffe mir der wahre GOtt *Adonay*. *De jure vero Saxonico hæc formula extat*

tat in fine Weichbild: Das mir N. Schuld giebt / des bin ich unschuldig / daß mir Gott helff / der Himmel und Erden / Laub und Graß und alle Ding geschaffen hat / und ob ich unrecht schwer / daß mich die Erde möge verschlingen / die Dathan und Abyram verschlang / und ob ich unrecht schwer / daß mich die Maselsucht bestehe / die Naeman verließ / und Jetzt ankommen / und ob ich unrecht schwer / daß ich aus der Ehe vertilget werde / die Gott *Moysi* gab durch die zehen Gebot auff dem Berg Sinay / und ob ich unrecht schwer / daß die Sünde über mich gehe / die über falsche schwerer außgesetzt ist / in den fünff Büchern Mosis / und ob ich unrecht schwer / daß ich zum Stein werden muß als Loths Weib / die zu einer Saltz-Seulen ward / und ob ich unrecht schwer / daß mich die Blutsucht bestehe / und nimmermehr verlasse / und ob ich unrecht schwer / daß ich nimmermehr müste kommen in Abrahams Schoß / und ob ich unrecht schwer / daß mich Gott ewig schände / und zu dem Teuffel sende / mit Leib und Seel heut und immermehr. Amen.

Qr.III. An Judæus sit habilis testis in testamento aliove actu à Christiano celebrato? Neg. *arg. l. 21. C. d. haeretic. c. 24. q. 7. II. Dieterich. d. l. cap. 2.*

Ad L. Judæi. 16. al. 15.

Qr. An inter ipsos Judæos circumcisio in terris Christianorum toleretur? Aff. *l. 11 ad L. Corn. d. sicar. & arg. b. l.* ubi si nostræ fidei homines eos circumcidisse, vel circumcidendos mandasse constiterit, bonorum proscriptione & perpetuo exilio mulctantur. Decian. *tr. crim. lib. 5. c. 12. num. 11.* Spekhan *d. tr. th. 17.*

Ad L. Judaeorum. 17. *al.* 16.

Qr. An Principes majores collectas rectè exigant à Judæis, quod ipsis permittant terras suas inhabitare? Aff. Cæpoll. *cons* 74. *num.* 7. Decian. *d. l.* 5. *c.* 14. *num.* 11.

Ad L. Judaeus qui. 18. *al.* 17.

Qr. I. An graviter puniendi Judæi, qui ad suam religionem Christianum traducere præsumserint. Aff. *h. l. & subs. constitut.*

Qr. II. An Judæus ob blaspemiam ordinariâ pœnâ sit afficiendus? Aff. Carpz. & allegat. *Prax. crim. P.* 1. *quæst.* 44. *num.* 52. *& seq.*

Ad L. Hâc valiturâ. ult. pr. & §. 2.

Qr. An Judæo possit conferri dignitas doctoralis? Neg. *arg. h. l.* Bartol. *in l. omnes C. d. decur.* X. Jason. *ibid.* Panormitan. *in C. cum sit. d. Judæis.* Sic & in commissionibus, pro inspectione vulnerum, aliisque negotiis, ubi Medicorum operâ utuntur ICti, non debent adhiberi Ruland. *tr. d. commissar. part.* 1. *l.* 4. *cap.* 15. *num.* 9. Add Diederich. *d. tract. cap.* 4. Marq. d. Susann. *d. Part.* 2 *cap.* 7. *num.* 1.

Ad §. 1. *&* 2.

Qr. I. An Judæis prorsus collapsas Synagogas reparare, restaurare, rectificare ac redintegrare de novo impune liceat. Aff. *c. consultationi.* 7. *d. Judæis.*

Qr. I. An Judæi synagogas suas, quas ita reædificant & reficiunt, altius elevare, dilatare amplius, quam ante fuerunt, licitè possint? Neg. *d. c.* 7. ubi subjicitur *sufficiat Judæis & magni habeant, quod in veteribus Synagogis, & suis observantiis tolerantur.* Stekhan. *d. l. thes.* 4. *in fin.*

TIT. X.

Ne Christianum mancipium hæreticus vel Judæus vel paganus habeat vel possideat vel circumcidat.

Ad L. Judæus servum 1. *&*
L. Græcus. 2.

Qr. I. An Judæi liberos etiam homines ministros seu ancillas habere prohibeantur? Aff. *c. 8. d. Judais* ubi additur ratio: *Quoniam & ipsi de facili ob continuam conversationem & assiduam familiaritatem ad suam superstitionem & perfidiam simplicium animos inclinarent.* Barbos. & allegat. *ad d. c. 8.*

Qr. II. An Christianis liceat cum Judæis conversari & familiaritatem colere? Neg. nisi quantum necessitas exigit vel officii ratio. *c. 14. 15. q. 2. XXIIX. c. 10. 13. d. t. d. Judais.* ubi Dd. vid. Anton. Riccjul. *tract. de jur. pers. extr. grem. Eccl. existent. lib. 2. cap. 38. num. 3.* Barbos. *in d. c. 8.*

Qr. III. An licitum sit Christianis mancipium habere Judæum? Aff. Marq. *d. l. part. 3. cap. 3. cap. 5. num. ult.* ubi addit, *quod non debeant servum habere familiarem, sed facient seorsim habitare, deputando eum vel ad custodiam porcorum vel hortorum.*

TIT.

TIT. XI.

Paganis, & sacrificiis & templis.

Ad L. placuit. 1.

Qr. An pœnam incurrant magistratûs conniventes ad crimina? Aff. *h. l. verb. similiter puniri rectorem provinciarum, si facinora vindicare neglexerit.* Conf. *l. 8. C. d. vi publ. l. 2. C. d. commerc. l. ult. C. ne sanct. baptism. iter.* Tiraquell. *d. pœn. temper. praf. n. 8* Farin. *quæst. 17. num. 6.* Car. *§. fin. quæst. 85. num. 10.* qui *per d. text.* tradunt *judicem conniventem eâdem pœnâ, qua delinquenti imminebat, esse plectendum: quod tamen usu non servatur.* Brunnemann. *h. Conf. l. Nemo. 7. in fin. hoc tit.*

Ad L. Ne quis mortalium. 2.

Qr. An stoicheremomantia (*quæ fiebat ex iis, quæ primo occurrebant in libris Homeri, Virgilii vel alterius Poëtæ; eâque usos esse Imperatores & Ebræos, & apud Christianos hanc consuetudinem invaluisse per apertionem novi vel veteris testamenti scribit Torreblanc. d. jure spirit. lit. 8. c. 23.*) Coscinomantia (*quæ peragebatur per cribum*) onomantia (*quæ ex ipsâ nominis significatione sumebatur*) omphalomantia (*quæ captabatur ab obstretricibus per nodulos umbilico, & secundinis adhærentibus, quotos puerpera sit postmodum paritura.*) Amniomantia, (*quæ erat quædam divinatio, per quam obstetrices aniculæ fortunam infantis ariolabantur ex colore rubicundo vel livido membranulæ, quâ caput nascentis involutum erat.*) Catapromantia, (*quæ rerum quæsitarum figuras in speculis exhibebat politis Job. 22. in extravag. super specula.*) Crystallomantia &c. sit licita? Neg. Vid. Delrio *disquis. magic.* Nicol. Remig. *dæmonolater. cap. 5.* Torreblanc. *d. Jur. spirit. lib. 8. cap. 27.*

Ad L. sicut sacrificia.

Qr. I. An publica in gentilium templis ornamenta privatâ autoritate liceat destruere? Neg. *h. l. verb. volumus publicorum operum ornamenta servari.* Bartol. Cyn. Salicet. *h.* Guid. Panciról. *in* [illegible] *var. lect. lib. 2. cap. 182.*

Qr. II. An si adversarius detineat instrumentum falsum, quo contra me uti intendit, vi ex manibus ipsius eripere illud & dilaniare possim? Ita colligit ex hâc lege *vers. abrepta* Boër. *dec. 292. num. 7. vers. & nota.* verum vix hoc licebit, & textus noster de publicâ judicum autoritate loquitur. Brunneman. *h.*

Ad L. ut prophanos. 4.

Qr. I. An bachanalia civibus sint indulgenda? Neg. *arg. h. l. init. verb. profanos ritus submovimus.* Brunneman. *in h. l.*

Qr. II. An opificum festivitates, quas celebrant, anniversariæ, sint in republ. tolerandæ. Aff. *arg. h. l.* Sic, uti notat Anton. Mornacius, *ad h. l.* cum disceptatum fuisset in majore auditorio Anno 1586. Mens. August. utrum abrogari oportet festivitatem anniversariam, qua apud Bituriges, Turones, confinesque populos, paulo ante quadragesimam, circaque hilaria, laniones cum instrumentis musicis circumvehunt apparatum omni operâ, redimitumque sertis hinc illinc densissimis bovem pinguissimum, quem postea in partes secant, singulisque coëmentibus percare tribuunt, ac deinde convivia, choreasque simul agitant, quasi mactata Como veteri comessationum deo, victima? quæ omnia singuli in annos singulos ære importuno exhibent: lanionum universitas, contra unum, qui se eo sumptu liberare cupiebat, argumento

mento hujus legis potissimum usa est, ut in[...] morem, minimeque à Christianis alienum defen[...] nec verò etiam Senatus abrogandum esse censuit: voc[...] vulgò. *le bœuf volé.*

Ad L. Omnia loca. 5.

Qr. I. An loca idolis falsisque Gentilium f. paganorum diis dicata, fisco vindicentur? Aff. *h. l. 5. verb. loca quæ sacris error veterum deputavit, nostræ rei jubemus sociari.* Dn. Brunneman. *h. l.*

Qr. II. An ea, quæ inter Christianos divino cultui promovendo, etsi non sine superstitionis labe, Deo ab heterodoxis sunt consecrata, ad profanos usus possint converti? Neg. regulariter, sed ad orthodoxæ Ecclesiæ usum, Academiarum Scholarumque dotem constituendam, pauperum inopiam sublevandum ista sunt conferenda. *c. semel. 51. de R. J. VI.* Wiesenb. *in h. t.* Regner. *h.* Brunneman. *h.* Aliquam tamen eorum partem licere orthodoxis Principibus honestis ac licitis reipubl. usibus addicere monet Wiesenbach. *d. l. thes. 4.*

300

Ad L. Christianis. 6.

Qr. I. An bona paganorum possint diripi à Christianis? Neg. *h. l. verb. non audeant manus inferre religionis autoritate abusi &c.* Et datur paganis condictio ex hâc lege; vel etiam actio vi bonorum raptorum. Marq. de Susann. *d. tract. d. Judæis. Part. 1. cap. 2. num. 5.*

Qr. II. An pagani sive Ethnici rectè vi & armis ad Christianismum cogantur? Neg. *arg. h. l.* Covarruv. *in reg. possessor. p. 2. §. 10. num. 1. in fin. ubi inducit h. text. ad probandum, quod bellum adversus infideles ex eo solùm quod infideles sint, ne quidem autoritate Imp. vel Papæ justè indici*

lit. Vid. Barbos. *tract. d. officio & potestate Episco-* *part. 1. tit. 3. cap. 2. num. 38. & seqq.* Hug. Grot. *d. J. bell. & pac. lib. 2. cap. 20. num. 48. & cap. 22. num. 13. 14.*

Ad L. Nemo venerandi 7. & Nemo ea. 8.

Qr. Anne ab Ethnicis, quibuscum negotium est, juramentum exigere Christiano liceat? Negat hoc Q. Septim. Florens Tertullianus, quia sc. consentire ita videatur Christianus in idololatriam. *lib. d. idololatria. cap 22. & 23.* Verùm laborandum quidem, ut, delato juramento, Ethnicus juret per Deum creatorem cœli & terræ, quem ex naturali lumine cognoscere queunt: accipiatur tamen ab illis juramentum necesse est, quale haberi poterit *cap. 16. in fin. q. 1. XXII.* *Sicut enim* (Sunt verba Cornelii à Lapide *Comment. in Genes. c. 31. vers. 53.*) *licuit Jacobo à Laban, ita cuivis fideli licet ab infideli excipere, imò exigere in necessitate juramentum, etiamsi sciat infidelem juraturum per falsos Deos: ille enim juramentum solùm exigit, idipsum verò fieri per falsos Deos tantùm permittit, & tolerat, idque ob justam causam, puta necessitatem.* Add. B. Frantzk. *h. t. n. 13.* Grot. *2. d. J. B. & P. c. 13. n. 12.* Rivet. *Præl. in Exod. cap. 20. v. 7. q. 4.* Ames. *d. consc. 4. cap. 2. 2. q. 14. n. 40.*

Ad L. si quid datur. 9.

Qr. An si quid datum, vel testamento relictum fuerit, ad idololatriam s. paganorum illicitos cultus cedat fisco illius loci? Aff. *h. l. pr.* Regner. *h.*

Ad L. Qui post sanctum. ult.

Qr. An pœna gladii exercenda in illos, qui pagani sacrificia exercent? [illegible] *h. l. jung. l. 1. § ult.* [illegible] vid. Autor Anonym. *hisce* [illegible]*ogymnasmat. subnexus ad h. t.*

Tit. XII.

De his, qui ad Ecclesiam confugiunt, vel ibi exclamant, & ne quis ab Ecclesia extrahatur.

Ad. L. Judæi. 1.

Qr. I. An Judæus qui reatu aliquo vel debitis fatigatus, prætendens se Christianam religionem amplexurum, ad Ecclesiam confugiat, vel etiam baptizari se faciat, immunis sit? Neg. *h. l.* ex quo text. colligitur, præsumi ta i casu, quod simulatè & non contrito corde isthoc fiat à Judæis ut sc. evitent solùm pœnas & persecutionem creditorum suorum, cum dicatur, quod *deb*[illegible]*ant arceri, nec ante suscipi, quàm debita universa reddiderint, vel fuerint innocentiâ demonstratâ purgati.* Decian. *tract. crimi. lib. 7. cap. 26. num. 2.* Clar. § *fin. quæst. 30. vers. præterea.* Farinac. *prax. crimin. part. 1. quæst. 28. num. 68. & de immun num. 72. & seqq.* Marquard. de Susan. *de Judæis part. 1. cap. 8.* Cævall. *comm. contra eorum quæst. 269.* Diss. Myler. *de asyl. c. 10. num. 15.*

Qr. II. An banciruptores sive mercatores obærati Ecclesiæ immunitate gaudeant? Dist. Aut quis dolosè & per fraudem decoxit, & non dignus est beneficio; aut verò casu solvendo esse desiit, & huic subveniendum. Vid.

. Myler. & alleg. *tractat. de Jure Asylor. cap. 9. 9. & seqq.* Sic in Civitate Imperiali Francofurti ... omus, ordini equitu... Teutonicorum dicata in Sa... xenhausen, mercatorib... ære alieno oppressis, securum præstare solet refugium ... permanendi meritò stationem, quò inde mitter... possint literas ad Creditores. Georg. Rittershus. *de asyl. cap. 5. num. 4.*

Ad L. Fideli. 2.

Qr. I. An etiam hodie his asylis ac immunitatibus Ecclesiarum facinorosi eò confugientes fruantur? Neg. Dn. Carpzov. *part. 3. prax. crimin. quæst. 210. num. 96.* Vid. eleg. Petr. Sarpus *de Jure asyl. cap. 1. 2. 3.* Nicol Myler. *tot. cap. 5. ubi etiam num. 10. latè defendit justè & rectè hanc immunitatem templorum esse sublatam.* Regner. *Disp. 2. thes. 7.* Non tamen sine præscitu Antistitis Ecclesiæ personæ inde extrahi solent. Sic & ex domibus privilegiatis Academicis sine veniâ & permissu Rectoris eò confugientes non sunt abducendi rei. Clar. *§. fin. quæst. 30. numer. 25.* Horat. Lucius *privileg. Student. 51.* Matth. Stephan. *ad Nov.* Rittershus. *de asyl. cap. 3. num. 29.*

Qr. II. An Jus asyli concedendi pertineat ad regalia? Aff. vid. Myler. *d. tract. cap. 6. & seqq.*

Ad L. Patcant. 3.

Qr. An lictores possint rapere eos, qui clausis jam ostiis Ecclesiæ, iis adhærent? N. *h. l. 3. pr. verb. usque ad extremas fores Ecclesiæ. l. præsenti. 6. verb. ex his locis eorumque finibus.* Farinac. *d. tract. de immunit. num. 283.* Conf. Petr. Sarpus *d. tract. cap. 4.*

Ad

Ad L. Si servus. 4.

al. 3.

Qr. An reus, apprehendendus ab apparitoribus, armis resistens & punctim cæsimq; pugnans, impune possit occidi? Aff. Joh Faber *ad h. l. arg. vers. sed si armorum fiducia.* Verùm cautè hoc in casu procedendum, nec facilè judex decernat; ut reus capiatur vivus aut mortuus. Anton. Mornac. *ad h. l.*

Ad L. Denunciamus. 5.

al. 4.

Qr. An graviter puniendus sit sacra turbans? Aff. *arg. h. l.* Vid. Dn. Carpzov. *part. 1. quæst. 44. num. 51. 52. & seqq.*

Ad L. Præsenti. 6.

al. 5.

Vid. notat. *ad l. 1. & 3. h. t.*

Ad L. Qui habet. 7. al. 6.

Qr. An in causis civilibus adeundus sit Ecclesiæ minister? Neg. *h. l* Regner. *h.*

Ad L. Qui imperatore. 8. al. 7.

& ult.

Qr. An propter potentiorem personam, quam quis justè metuit, ad asyla confugere liceat? Affirm. Regner. *h.*

Tit. XIII.

De his, qui in Ecclesiis manumittuntur.

Ad L.

L. Jamdudum. 1. & L. Qui religiosa. 2.

Qr. An actûs s. contractûs in Ecclesiâ fieri possint? [illegible]erunt Dd. quod peccent quidem, qui in Ecclesiis actûs, ad pium opus non spectantes, celebrant, propterea tamen actûs s. contractus non reddantur nulli. Actûs verò Ecclesiastici, quò etiam pertinent, Disputationes, Orationes, Promotiones Doctorum rectè ibi expediuntur. Vid. Augustin Barbos. *tract. d. Jur. Eccl. univ. lib. 2. cap. 3. num. 13. & 12.*